Deus est sa
pientiss:*

cōprehensibilis a sensu hu-
mano. Romanoꝝ. xj. O al-
titudo diuinarū sapientie
et scientie dei. zc. Secūdo
dicit sapientissimus. quia
oīnes creaturas fecit ex ni-
hilo. videlicet solem z lunā
et stellas. et omnia ista infe-
riora. et vniuersa ppter ho-
minem. vt homo deo serui-
ret. Unde ista vniuersitas
est ita sapienter ordinata q̄
nullū ingenū terrenū po-
test ad istam sapientā per-
uenire. Item ostendit ma-
gnā sapientā in p̄iāctione
creaturaz. qz vt dicit Ba-
crobisus. Vide a summo ce-
lo vsqz ad vltimā rem et in-
finitam vnā de minimis vin-
culis religauit z nunq̄ cor-
rupta est cōnexio. q̄ quidez
cōnexio vocat cathena au-
rea Dicit Lincol. in libello
suo de examinatioe p̄stent-
ium q̄ deus ostendit ma-
gnam sapientā in creatioe
hoīs qz in ip̄o p̄prehendit
omnes alias creaturas. Et
ideo dicit Greg. in omelia
de ascensione. Omnis crea-
ture aliqd̄ habet hō Nam
h̄z esse cum lapidibz viuere
cū arboribz. sentire cum be-

stijs. intelligere cū angelis
Et ideo dicit p̄beta Omnia
in sapientia dñe tu fecisti.
Sed hic queritur in mū-
danos cur fecit dñs homi-
nem peccaturuz apparet q̄
sapientius fecisset ipsum im-
peccabile. Ad questionem
respondetur qñ fecit hoiez
peccabile sapientissime fecit
quia posuit eū in tali statu
q̄ posset si vellet mereri vi-
tam eternā z ideo magnaz
sapientā in creatioe ho-
minis ostendit. Ex quibus
patet q̄ dñs noster Iesus
x̄ps est sapientissim⁹. z ideo
honorandus I Unde
hic est notandum q̄ de-
cet x̄pm honorari z adora-
ri tripliciter. videlicet cord-
ore z ope. Unde dicit Au-
gustinus li. de trinitate. ca.
xvj. q̄ due sunt sp̄s adora-
tionis siue honoratiois. scz
latria z dulia. Dulia est ser-
uitus p̄p̄e homini exhibi-
ta. Latria est seruit⁹ deo ex-
hibita. Unde ydolatre di-
cuntur q̄ simulachris z va-
nis idolis eandē seruitutē
dant q̄ debet deo exhiberi
fm̄ illud Mat. liij. Dñm
deum tuum adorabis z illi

Contra
dulia
latria

soli serules. Hec adoratio est amor et obedientia quam domino deo nostro pre ceteris debemus. Et ideo dicitur Job. iij. Pater tales fuerit qui adorant eum in spiritu et veritate. Tals fuit Thobias qui videns multos de filiis Israel adorare falsos deos, hic solus fugit consortia malorum et adoravit deum Israel. ut habet Thobias. Vodo consimili fecit Daniel qui intrans thalamum suum adoravit deum. et ideo missus fuit in lacum leonum. ut habetur Dan. vi. **R**

Sed carissimi timendum est quod multi presumunt de se ipsis et cupiunt dominari super alios et habere honores et reverentias soli deo debitas. quas nunquam meruerunt. **S**oli enim virtuosus et non alii debent honorari. cum honor sit premium virtutis. ut dicit Aristoteles. iij. Ethicorum. ca. iij. In cuius signum narrat Augustinus in li. v. de civitate dei. ca. ix. quod Romani ymagines virtutis et honoris sic deos coluerunt quibus duo templa edificaverunt. sic ad invicem con-

functa et adunata quod nullus potuit intrare in templum honoris nisi prius per templum virtutis intrasset. in signum quod nullus reportaret honorem nisi prius per virtutem illum meruisset. Et ideo dicit Aristoteles. iij. Ethicorum quod secundum veritatem solus bonus est honorandus. Non sic est carissimi istis temporibus. quia ambrosius et viciosi honorantur et virtuosus despiciuntur. Unde habetur in historiis philosophorum quod contigit semel quendam philosophum pauperissime fuisse vestitus et a curia cuiusdam imperatoris expulsus. Iste considerans istud dictum poetarum. Curia pauperibus clausa est. dat census honorem. concepit quod pauperes excluduntur et divites introducuntur in curias dominorum. confestim iste philosophus induebat se vestimentis pretiosis. et statim fuit admissus in curiam imperatoris. et frequenter osculabatur vestes suas. Tunc imperator admirans quaesivit cur hoc faceret. Et phi-

losophus respondit, Ego
 honorantē me honoro, qz
 quod virtus nō potuit ve-
 stis obtinuit. Et ideo vir-
 tuosi et boni debent hono-
 rari. Cum ergo dominus
 Iesus sit maxime virtuo-
 sus et sapientissimus: 2 iō
 est maxime honorādus su-
 per omnes cum sit pater 2
 origo omnīū honoz. Un-
 de Malachie, j. scribit. Fi-
 lius honorat patrem suuz
 2 servus dominum suum.
 Si ergo pat' ego sum, vbi
 est honor meus, Et si do-
 minus ego sum, vbi est ti-
 mor meus. Secūdo debe-
 mus honorare ipsum colē-
 do 2 magnalia eius collo-
 quendo, sicut fecerunt filij
 Israel in die ramis palma-
 rum quando venerūt obul-
 am ei ad recipiendū euz in
 ciuitatē iherl'm. laudando 2
 clamādo dicētes, Osāna fi-
 lio dauid Benedictus qui
 venit ī nomine dñi. Mat.
 xxj. Sed die veneris pro-
 p'rio in honorauerūt eum
 dicentes, Crucifige. Crucifige
 eum. Vado consim-
 li faciunt christiani mali q̄
 suis verbis dominum con-

fitentur factis autē negant

Tertio debemus eū ho-
 norare opere quādo elemo-
 synas distribuimus pau-
 peribus. Sz ecōtrario ma-
 li christiani deum in hono-
 rant qui pauperes spoliāt
 2 oppr'munt. Et ideo con-
 sult scriptura Proverb, iij
 Honora dominum de tua
 substantia. videlicet distri-
 buendo pauperibus. quia
 qui subuenit pauperi ī no-
 mine domini dominū ho-
 norat. Unde dicit Christ'
 in euangelio qui recipit p'
 pheta; in nomine prophe-
 te mercedem prophete acci-
 plet. Ex quib' pater q' ip̄s
 est sapientissimus ideo est
 honorandus. Tertio prin-
 cipaliter dicit q' christus ē
 clementissimus dominus
 Et hoc ostenditur multis
 modis. Et primo quia na-
 turale 2 propriū est sibi mi-
 sereri. Unde sicut est prop'riū
 soli lucere et igni caleface-
 re sic propriū est deo mi-
 sereri. In cui' signū
 ecclesia dicit Deus cui pro-
 priū est misereri semper
 2 parcere rē. Et ideo dicit
 Hieronimus super, p̄j. p'

phetas q̄ dñs quasi inul-
tus punit, ⁊ ideo est tard⁹
in puniēdor velox in mise-
rādo. Unde dicit Abacuck
iij. Domine cum iratus fu-
eris misericordie recorda-
beris. Talis erat ille impe-
rator de quo narrat Augu-
stinus, xiiij. de ciuitate dei,
q̄ ipse erat clemēs in om̄es
paucis austerus, omnibus
parcere suum studium fuit
in tantum q̄ in toto tem-
pore imperij sui vnus tan-
tum damnatus est nobill-
um, licet multi contra eum
graueiter deliquerunt. Ille
vero damnatus est impera-
tore nesciente seu ignoran-
te. Secundo dominus no-
ster Iesus christus dicitur
clementissimus, quia cito
condonat et dat ventam si
peccator desistat a peccato
suo. Unde peccatum mor-
tale tria induceret nisi mi-
sericordia dei obstarer, pri-
mo concluderet peccatores
iudicio. Iusticia enim con-
tra peccatorem sententiat
q̄ sit dignus damnari, sed
dei misericordia illam sen-
tentiam diu suspendit pro
longando iudiciū, quia di-

citur Iacob iij. Misericor-
dia dei superat iudiciū.
Secundo peccatum mor-
tale includeret euz in infer-
no, sed dei misericordia euz
liberat redimendo. qz ap̄d
dominū misericordia, i ps̄.
⁊ alibi, Misericordia dñi
plena est terra. ⁊ ideo dili-
gendus est. Tercio pecca-
tum mortale hominem ex-
cluderet a regno dei, sed mi-
sericordia tamen dei lanu-
am cell̄ aperit ⁊ illuc pecca-
torem introducit. Et ideo
dicit scriptura, Sapientie
xj. Misericors om̄i n̄i dñe
quia omnia potes. Ex quib-
us patet q̄ dominus no-
ster Iesus x̄ps̄ est clementis-
simus, et ideo diligendus.

¶ Sed carissimi ti-
mendum est q̄ multi crude-
lissimi sunt ⁊ sine misercor-
dia qui senes ⁊ vlduas op-
primunt ⁊ spoliant. Tales
similes sunt egyptijs q̄ ma-
gnis laboribz oppresserunt
filios Israel. ⁊ ad amaritu-
dinem duxerunt vitam illo-
rum, vt habetur Exodi, j.
Contra quos loquit dñs
Esaiē, iij. Quare atteritis
populū meū ⁊ facies pau-

per cōmolit. Oppressio ei
 puper destruit pietatē et mi-
 sericordiā quā docuit xps
 et suis opibz exemplificauit
 dices. Estote misericordes
 sic p̄ v̄ celestis misericors ē
 Un̄ quibz sit de⁹ misericors
 omnipotens et sapiens. nō
 tamen dixit. Estote poten-
 tes. qz appetit⁹ potētē ali-
 quā casum habet sicut patet
 de Lucifero. Nec dicē esto-
 te sapientes. zc. qz aliquā sa-
 pientia inflat. vt patuit de
 Adam et Salomone. Sz
 dixit estote misericordes si-
 cut pater vester celestis mi-
 sericors est q̄ in die iudicij
 dicet potentibz. Ue vobis
 qui potētes estis sup terrā
 et iustificatis impiū p mu-
 neribus. Esale. v. Sapien-
 tibus vero dicet. Ue vob
 q̄ sapientēs estis in oculis ve-
 stris. De misericordiā vero
 diligētibz dicet illud euan-
 gelij. Beati misericordes
 quā ipi misericordiā conse-
 quentur. Quibz etiā in die
 iudicij recitatis operibus
 misericōdie dicet illud Matth.
 xxv. Venite benedicti pa-
 tris mei. percipite regnum
 quod paratū est vobis ab

origine mundi. Hanc igit
 misericordiaz sectemini ca-
 rissimū exemplodominū nō
 stri iesu xpi qui non solum
 est potentissimus sed etiaz
 super omnes clemētissim⁹
 et ideo merito timēdus est
 p̄ suā potētā. bonozand⁹
 p̄ter suā sapientā. et diligen-
 dus p̄ suā clemētā. Quā
 nob̄ pcedat. zc. Ser. III.

Ilius

A Carissi-
 mi. In p̄nci-
 pio hui⁹ ser-

monis p̄mittēda ē ozo que
 duas p̄ditōes habere dz.
 scz deuotōez et fidē. Primo
 ozo dz habere deuotōez. qz
 sicut semē carēs humore nō
 crescit neqz pducit fructū.
 sic nec oratio exauditur si-
 ne deuotōe et ascensu men-
 tis i deū. Secūdo ozo dz h̄re
 fidem. et si ista habuerimus
 illud qd̄ petim⁹ obtinem⁹
Ad qd̄ xps fac̄ rōnem. Lu.
xi. Quis ex vob̄ petit a p̄re
 panē nūqd̄ lapidē dabit il-
 li aut scorpionem quasi d̄-
 ceret. non. Vos autem cuz
 sitis mali nōstis bona da-
 ta dare filijs v̄ris. q̄nto ma-

Bermo .III.

gis pater vester celestis da
bit spiritum bonum peten
tibus se. Ex quibus conclu
dit qd si fuerimus filij p gra
tiam habere possumus fi
duciam qd quicquid pete
rimus patrem nostrum ob
tinebimus, et ideo in pnc
pio oremus. Pro processu
sermonis est aduertendus
q sacra scriptura facit men
tionem de triplici filiatioe
videlicet de filiatioe dei
per fidem, et gratiam. Et hi
distinguantur in quatuor
genera hominum qui sunt
in fide firmiter permanen
tes, temptacionis aboli re
sistentes. Inimicorum ama
tores, et discordantium paci
ficatores. Primum dico qd in
fide firmiter permanentes
sunt filij dei prime, Joh. v.
Hec est victoria que vincit
mundum fides vra, Quis
est autem qui vincit mun
dum nisi qui credit quoni
am Jesus est filius dei. Et
no solu Jesus est fillus dei s
et filius hominis. B

Et ideo dicit Augustinus
et ponit in canone, dist. iij.
Gratia inquit dei non po
tuit gratis comendari qd

q vnus filius dei in se in
comutabilis manens. in
dueret hominem, et daret ipse
sue dilectionis filiacionem
hominibus mediante ho
mine xpo. Causa autem q
re voluit incarnari fuit, vt
faceret nos filios dei. Un
de Chrysostomus super Mattheu
omelia secunda, opere imp
fecto, Deus existens sine pnc
ipio destitit nominari fil
ius dei vt te faceret filium dei
Sed hic oritur questio q
re scriptura dicit qd christus
natus est ex semine David
potius qd de semine Abra
he, Ex quo Abraham sem
per fuit iustus, et David fu
it adulter et homicida. Re
spondetur dupliciter. Pri
mo quia sicut pro peccato
ribus venerat, ita de pctō
ribus dignatus est nasci.
Secunda ratio est hec, qz
sicut filius regis altissimi
ex parte patris, sic fieret fi
lius regis terreni altissimi
ex parte matris, David erat
primus rex in israhel

Aliud dubium est qua
re dicitur factus ex semine Da
uid et non natus, Respon
deo qd factus fuit diuinitus

*Scopus sermo
m*

*1. Cuius
2. Cuius
3. Cuius
4. Cuius
5. Cuius
6. Cuius
7. Cuius
8. Cuius
9. Cuius
10. Cuius
11. Cuius
12. Cuius
13. Cuius
14. Cuius
15. Cuius
16. Cuius
17. Cuius
18. Cuius
19. Cuius
20. Cuius
21. Cuius
22. Cuius
23. Cuius
24. Cuius
25. Cuius
26. Cuius
27. Cuius
28. Cuius
29. Cuius
30. Cuius
31. Cuius
32. Cuius
33. Cuius
34. Cuius
35. Cuius
36. Cuius
37. Cuius
38. Cuius
39. Cuius
40. Cuius
41. Cuius
42. Cuius
43. Cuius
44. Cuius
45. Cuius
46. Cuius
47. Cuius
48. Cuius
49. Cuius
50. Cuius*

homo coopante spiritu sancto et non natus ex semine virili humanitus. Et h est qd die apostolus ad Gal. iij. At ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factus ex muliere natuz sub lege. ut eos qui sub lege erant redimeret, ut ad optionem filioz dei recipe remus. Hic querit quare xps fuit natus in plenitudine temporis videlicet in medio tempore mundi. Respondeo dicendo q magister historiarum computat sex etates mundi, quarum prima inchoata erat i Adā et terminata in Noe. Secunda a Noe ad Abrahā. Tertia ab Abrahā ad David. Quarta a David ad transmigratiōem Babilonis. Quinta a transmigratiōe Babilonis, quo tempore filij Israel ducti fuerunt in Babilonē et terminata fuit in incarnatiōe xpi. Sexta etas incepta ab incarnatiōe xpi et durabit usq ad finem seculi. Et ideo sicut dicit magister historiarum q sicut mundus factus fuit in sex diebus. Gen. ij.

similit̄ sexto die homo creatus fuit. sic i sexta etate mudi fuit p incarnationē reparatus. Sed hic queritur quare filius dei p tantum tempus distulit suā in carnationem et nō ultra. Quo ad p̄mū respondet sanctus Thomas in li. de veritatibus theologie dicens q si in principio mundi fuisset incarnatus, homo forte distulisset q̄ per legē nature sine p legem scripture esset salvatus, quoniam ante incarnationem omnes descendebant ad limbum. Quo ad secundum dicit idem ibidē q si distulisset suam incarnationem usq ad finē mundi, forte totū genus humanum cecidisset in desperatiōem, et ideo in plenitudine temporis natus fuit, ut peccatores haberent spem veniē ut sic filij dei fierent et heredes regni celestis. Jo. p̄mo. Dedit eis potestates filios dei fieri his q credūt in nomine eius. Non dicit fecit illos filios dei fieri, s; dicit, Dedit eis potestē si. id est, liberū arbitriū, ut si voluerit, boni esse possunt

7

13

capitulum vlt

13

Manicheyi

et iusti, sed tñ his qui cre-
 dūt xpm esse verum fillum
 dei z fillum hominis. Cō-
 tra istum fidei articulū m-
 licabāt quidam homines
 Danichei dicētes q̄ xps
 nūq̄ assumpsit naturā hu-
 manā, nec fuit ver⁹ homo
 nec verus fillus Marie p̄-
 gnis. Contra quos ē ver-
 bum angeli dicētis ad ma-
 riam. Ecce concipies i vte-
 ro z paries fillū z vocabis
 nomē eius Jesum. Luc. j.
 Ex quo vna cum sequentibus
 patz primo q̄ xpl icar-
 nato fuit sanctissima, quia
 pnunciata fuit ab angelo.
 Et Maria mater eius se-
 cūdata spīritus sancto, qz vt
 dicitur in euāgelio. Quod
 enim in eo natum est de spi-
 ritus sancto est. Secūdo pa-
 tet q̄ virgo credidit istud
 quod erat supra naturam
 z supra rationem, in hoc q̄
 dixit. Ecce ancilla dñi fiat
 mihi fm verbum tuū. Ter-
 tio patet q̄ fillus dei nō an-
 gelus nec purus homo car-
 nem assumpsit de virgine
 Maria ex h̄ q̄ dixit ei an-
 gelus. h̄c erit magnus z fi-
 lius altissimi vocabit̄. Hec

igit̄ incarnatio fuit nob̄ vt
 lissima, quia fillus dei fa-
 ctus est nobis a deo patre
 sapientia iusticia sanctifica-
 tio z redēptio. j. ad Corin.
 j. Factus est nobis inquit
 sapientia in peccatorū nō-
 rum nexū solutionē. Iu-
 sticia in ipsorū peccorū abso-
 lutionem. Sanctificatio i
 sua sanctissima conuersati-
 one. z redēptio in sua acer-
 bissima passione. Nam p̄-
 cio sui sanguinis nos rede-
 mit ab igne eterno. qui em̄
 ista firmiter credūt fillū dei
 appellantur. Vñ apostolus
 ad Gal. iij. Vos om̄es estis
 fillij dei p̄ fidem in xpo iesu
 L Secundo dixi q̄ q̄
 resistunt temptatōibz dya-
 boli fillij dei nuncupant, qz
 sic fecit xps qñ dyabolus
 tēptauit eum de tribz pec-
 catis vt habet Barth. iij
 p̄mo de gula qñ dixit. Si
 fillus dei es dic vt lapides
 isti panes fiant. Secundo
 de vana glia, qñ dixit. Si
 fillus dei es mitte te deor-
 sum. Tertio d̄ auaricia qñ
 ostendit ei oīa regna mun-
 di, z dixit. Hec oīa tibi da-
 bo si cadēs adoraueris me

*Partis
 p̄mo
 q̄m*

Quibus temptatoribus nobis
 dedit exemplum resistendi te-
 ptatoribus dyaboli si volue-
 rimus esse filii dei. Dicit So-
 linus in li. de mirabilibus
 mundi quod in affrica est quidam
 populus qui vocatur celsi qui con-
 tra venenum serpentum sunt
 mirabili duricia mundici in-
 pellibus intantum quod si morde-
 antur a serpente vivit aut non
 est intorricant. Ideo quod non con-
 fidunt in vxoribus suis volen-
 tes probare an filii vxorum sint
 an non ponunt eos coram ser-
 pentibus. et si non sint ex adul-
 terio geniti statim illis ser-
 pentes nocere non possunt
 Spiritualiter loquendo sic
 est de filiis dei et filiis dya-
 boli. Unus illi quod sunt filii dei
 dyabolo fortiter resistunt
 et ipsum vincunt in tantum quod illis
 nocere non poterit. Sed filii
 dyaboli cum temptantur
 de facile corrumpunt in diuersa
 peccata. quia inconstantes sunt
 et debiles. carentes gratia
 divina. Tales fuerunt ma-
 ledicti iudei. quia opera dyabo-
 li fecerunt et tamen iactabantur
 se esse filios abrahe quos Christus
 reprehendens dixit Si filii
 abrahe estis opera abrahe fa-

cite. Bodo consimili estis
 diebus multis qui sunt in
 et peccatores dicunt se esse
 filios dei qui tamen opera
 Christi non faciunt. quibus dicit
 dominus. Si filii dei essetis di-
 ligeretis me vestros. sed vos
 ex patre dyabolo estis. et di-
 siberla patris vestri vultis
 proficere. Ex quibus sequitur quod
 dyaboli temptatoribus resistunt
 hi filii dei nuncupantur
 Dicit tertio quod inimicorum
 amatores sunt filii dei per gratiam
 Unus Christus dicit euangelio. Di-
 ligitis inimicos vestros beneficia
 cite his qui oderunt vos et ora-
 te persequentibus et caluniantibus
 vos. ut sitis filii patris
 vestri qui in celis est. Dicit et Cris-
 ostomo. sup. Matt. ope imp-
 secto omelia. alii. quod qui diligit
 gunt inimicos. propter deum
 sequuntur deum patrem suum qui pro
 inimicis suis oravit. et in his
 habent similitudinem patris celestis
 Et per hanc dilectionem agnos-
 cunt filii dei a filiis dyabo-
 li non per aliam sanctitatem quam
 cum quibus. quia quicquid habent filii
 dei perfectionis siue veritatis
 in veritate hoc habent filii dya-
 boli in apparentia. Jeiuant
 enim vigiliant. predicant. ele-

Celsi
 populi
 affricae

3 Crisostomo
 Pontico

ambrosius

mosynas tribuunt sicut fa-
ciunt filij dei. per nulla er-
go opera possunt cognosci
a filijs diaboli nisi per so-
lam caritatem et maxime per
dilectionem inimicorum per quam
fiunt homines non solum filij
dei sed etiam quodammodo dii
Quia dilectio inimicorum
est perfectio data a deo et
sua ultra humanam con-
ditionem. Et ideo de talibus
inquit psalmista. Ego dixi dii estis
et filij excelsi omnes. videlicet
qui diligunt inimicum
propter deum. Et Quarto
dicitur quod discordantibus pa-
cificiores sunt filij dei. ta-
lis fuit Abraham Beñ. xiiij.
Qui audita magna discor-
dia orta inter pastores suos
et fratris sui loth prope gre-
ges ovium. dixit ad Loth
Ne queso sis iurgius inter
te et me. fratres enim sumus.
Si tu ad dexteram transi-
eris. ego ad sinistram vadam
Ecce quod cito patriarcha iste
reduxit discordantes ad pa-
cem et unitatem. et ideo fuit
amicus dei appellatus. Do-
do consimili fecit Moyses
ut haberetur. Exod. ij. Unde
transiens per viam ut vidit

duos pugnantes. dixit illi
qui fecit alteri iniuriam ipsum
reprehendendo. Quare per-
cutis proximum tuum et sic
pacificavit eos. Conformi-
ter debet quilibet christianus
qui est filius pacis discor-
dantes et rixantes ad unita-
tem caritatis reducere. et omnes
tales filij dei nominantur. Nam
filius dei summe dilexit pa-
cem. et in tempore pacis natus fuit
quia ut ait Oratorius de or-
namenta mundi. Duodecim
annis ante natiuitatem christi
fuit pax in vniuerso mundo
In cuius signum romani
pulcherrimum templum pacis
edificauerunt et in illo sta-
tuam Romuli posuerunt.
Appollinem consuluerunt quod
diti staret. Et acceperunt re-
sponsum. Quousque virgo pa-
reret filium. Illi autem crede-
tes hoc esse impossibile scri-
pserunt in foribus templi Hoc
templum pacis in eternum.
Ipsa vero nocte qua virgo
Marta peperit christum tem-
plum illud funditus corru-
it in signum quod virgo pepe-
rit filium Secundo filius dei
tantum dilexit pacem. quod pre-
cepit discipulis suis Luce

4 Geniij
I ar f p y m h u y

Abraham

amicus dei

Moses

AB

AB

AB

Templum Paris

r. In quacūq; domū Intra-
ueritis p̄mo dicite pax hu-
ic domui, z si ibi fuerit fili-
us pacis requiescet sup il-
lum pax vestra. Sin autēz
ad vos reuertetur. Et ideo
dicit beatus Augustinus
sermone secūdo ad fratres
suos In heremo. Pax est se-
renitas mētis, amoris vīn-
culum, simulationes tollit
bella z contentiones sedat
z hominem filium dei effi-
cit, Hec ille. Unde christ⁹
In euangelio, Beati pacifi-
ci quoniam filij dei vocabū-
tur Matthei, v. Secun-
do p̄ncipaliter dixi q̄ qui-
dam sunt filij hominum p̄
naturam. Circa quod duo
sunt consideranda. Primo
quomodo parentes debēt
filios suos instruere z casti-
gare Secūdo quomodo fi-
lij tenentur parentib; obe-
dire, z ipsos honorare. Cir-
ca primū est sciendū q̄ pa-
rentes debēt p̄mo filios su-
os p̄ amore dum iuuenes
sunt informare In virtuti-
bus. Videtis q̄ tota pul-
critudo arboris fructuum
z ramoz p̄surgit ex natura
li bonitate radice F

Sic virtus z bonitas si-
lloz pullulare debet ex bo-
na informatōe z educatiōe
parentum. Nā qualis pa-
ter talis filius. Nū si filij
bene In iuuentute educant̄
sunt virtuosi, z si nō sunt
mali Hinc cōsult sapientis
Eccl, vii. Filij tibi sūt eru-
di illos. In cuius signum
dñs p̄cepit filijs Israhel
q̄ docerent filios suos de-
um timere z proximū hono-
rare. vt habet Deutro, xiiij.
Unde habetur Thobias, j.
quomodo Thobias docuit
filium suū ab infantia deum
timere, z recedere a confor-
tio maloz, z habere curam
matris sue. Item habetur
Daniele, xiiij. quō parentes
docuerunt Susannā deū
amare z seruare legem dei.
Item habetur, j. Mach, ij
quō Matthatias docuit
filios suos pugnare p̄ lege
dei sui z legem moysaicam
seruare. Ex quib; historijs
patet q̄ filij sunt amore ad
p̄tutes instruēdi. Secūdo
debēt filij a suis mal' opib;
castigari. Nā sicut plerūq;
plātule aliquā volūt ad ma-
lam p̄tem declinare cōtra

voluntate ortolani nisi vir
gulis ligentur ad pte oppo
sitam. Sic filij hominum
sunt sicut nouelle plaratio
nes qui in iuuetute sua sut
proni et inclinati ad vicia
nisi castigantur et inclinentur
ad virtutes volut ad vicia
yndiq; declinare. Arbores
em non possunt leuiter fle
cti nec iuuenes sine castiga
tione ad virtutes moueri.
Hinc dicit Salo. Qui peccat
pge odit filium. Prouer. xij.
In cuius signu dicit phus. r.
ethicor. c. xij. q oportet iu
uenes immutari et sub legi
bus variari. Nam iuuenib;
opa virtuosa non sunt fm
se delectabilia. quia cu sint
pleni voluptatib; et passio
nib; non possunt addiscere
nec delectari in virtuosis
opib; nisi scdm leges infor
mentur et debito modo ca
stigentur. Hinc consulti sa
plens Prouer. j. Audi filii
mi disciplina; patris tui. Et
ideo antiqui reges et nobi
les filios suos magistr; di
cretis tradiderunt vt ipsos
in morib; et scia informarēt
Vn tratanus habuit plu
rarcu Alexander Aristoteli

lem. Nero Seneca habu
it. Dicit apostolus ad Hebre
os. xij. Quis est filius que
non corripit pater. Vn. j. re
gu. iij. habet de Heli q non
corripuit filios suos auto
ritate pontificis. s; leuitate
patris tam ipse q; ei; filij ma
la morte perierunt. Et ab
patet q; parentes debet filios
suos i bonis moribus
educare et a vicijs castigare
Secundo dicit quodam circa
filios ad parentes. Primo
debent eis obedire honori
fice. Hinc dicit apo
stolus ad Ephe. vj. Filij o
bedite parentib; vestris. Ad
quod quidem duo excitat.
natura sc; et scriptura. Natu
ra autē. quia fm phm. vij.
ethicor. ca. ij. filius non po
test repedere patri suo fm
magnitudinē beneficior; ab
eo receptor;. Concordat autē
scriptura. j. Reg. xxij. vbi ha
bet quō David habuit cu
ram matris sue et posuit eam
in custodia regis Boab
dicens. Pro te vt maneat
parentes mei tecū donec sci
am quid faciat mihi dñs.
Ite habet. ij. Regum. ij. q
Salomon honorauit ma

trem suam ⁊ posuit eam in
 throno Sic ⁊ modo debet
 filij honorare parentes su-
 os. *Uñ scribit Valach. j.*
 Filius honorat patrem su-
 um. ⁊ seruus domini sui.
 Sed timendū est q̄ multi
 filij sunt parentib; inobedi-
 entes. *Unde. j. Regū. xliij.*
 habet quomodo Saul p̄-
 cepit Jonata filio suo vt n̄
 comederet donec bellus fa-
 ctum fuisset qui contra mā-
 datum patris comedit fa-
 uū mellis. Et ideo Saul
 voluit eum occidisse. Itē
 narrat. *Valerius li. ij. ⁊ re-
 citat Augustinus li. j. de ci-
 uitate dei. q̄ quidā consul
 romanus Torquat' nomi-
 ne habuit filiū nobilēz mi-
 litem qui quodam tempo-
 re transiit ad bellū contra
 voluntatem patris sui. ⁊ q̄
 uis gloriofiaz habuit victo-
 riam ⁊ spolia multa tamen
 fuffit euz pater suus decol-
 lari iudicans q̄ melius fo-
 ret eū carere fillo q̄ pater-
 na carere disciplina ⁊ corre-
 ctione. Et ideo dicit Deu-
 teron. xxi. Si genuerit hō
 filiū pteruū ⁊ contumacem
 ⁊ non obedientem. uocā pa-*

tris sui ducetur extra ciuita-
 tatem ⁊ lapidibus obruet.
 Unde habet *Judicum. ix.*
 de Abimelech qui occidit
 lxx. fratres suos nō curan-
 do de offensa patris sui. et
 ad ultimū a femina interfe-
 ctus fuit. Et ideo consulit
 sapiens. *Eccl. liij.* Fili susci-
 pe senectam patris tui. ⁊ ne
 contristes eum in uita illi-
 us. **H** Secundo filij
 tenentur parentibus in ne-
 cessitatibus subuenire. Ex
 emplum de hoc habetur. i
 natura. *Dicē enim Ambro-
 sius in suo exameron. q̄ ci-
 conia uidens proprios pa-
 rentes p̄ senectute defice-
 re ⁊ pennis carere eos cu;
 tegmine alarum suaruz fo-
 uet ⁊ operit. ⁊ collato cibo
 pascit. Hec ille. Cum ergo
 auis insensata parentes fo-
 uet multomag' illi qui ad
 hoc sub pena damnatiōis
 obligantur. Talis fuit illa
 puella de qua narrat *Ua-
 lerius libro. v. cap. liij.* que
 nutritiuit matrem suā in car-
 cere p̄ lacte suo p̄ multos
 dies. q̄ administrans cultus
 carceris uidēs q̄ tā diu uiue-
 ret m̄r illa sū p̄ndio q̄siuit*

victus

Cironia

ab illa quomodo potuit h
esse. Que respondit. Filia
mea lacte suo me pascebat
z per tot dies, que adducta
fuit coram iudice z vitā ma
tri impetrauit pp̄ suā gra
titudinem. Sed carissimi
timendū est q̄ multi filij in
grati sunt parentibz ad mo
dum absolontis qui excita
uit populum regni contra
Dauid patrem suum z pu
gnauit cū patre suo vt vsur
paret regnū patris vt habe
tur. j. regum. xvij. qui tan
dem suspensus fuit super
quercū per capillos z tribz
lanceis perforatus Tales
sunt multi qui cū parentibz
litigant z placitāt ad
habendum eoz bona. z si
parentes eoz moriant̄ mo
dicum vel nihil p̄ eis faci
unt. Et ideo parētes tales
possunt dicere illud. Esai
j. Filios enutriti z exalta
ui. ipsi autem spreuerūt me
Dicit em̄ Chryostom⁹ sup
Mattheū op̄ imperfecto
omelia. xx. q̄ multi deside
rant filios suos bene vale
re in hoc seculo. z nō curāt
quid passuri sunt in futu
ro. Alij ornatus filijs suis

putdēt. Alij multas. Alij
diuersos honores. S; ne
mo prouidet deuz filijs su
is cū viderint eos magnos
z diuites tūc gaudēt. s; cū
viderint eos peccantes ni
hil inde tristantur. Unde
bene z veraciter ostendunt
q̄ sunt parentes corporoz et
nō animaz. Hec ille. Mo
do etiam parentes gaudēt
de filijs suis cū vident eos
esse cautelosos. z munda
nos. z tunc dicunt q̄ sapie
tes erunt in futuro. Econ
uerso vero mat̄ sancti Ed
mūdi archiepi dum pu
lus erat dedit sibi mercedē
ad agendū opa penitentie.
z instruxit eū in virtutibz.
Et ideo dicit Tullius. li. j.
de officijs. q̄ optima here
ditas quam pater p̄ relin
quere filio suo est hereditas
virtutū z bonoz moꝝ. z ca
uere debent vt custodiāt fi
lios suos a pessimis. An
de Hiero. super Esaiam q̄
aquila intantum diligit fi
lios suos q̄ in altis locis
ad que nullus possit acce
dere nidū suū facit ne colu
ber pullos suos inficiat.
Modo cōsimili debēt pa

rentes nō dīficare in arbori-
bus virtutū z in illis virtu-
tibus filios suos colloca-
re ne antiquus serpens illos
peccatis inficiat z pfundat
Ex quibz patz manifeste se-
cundum principale J

Tertio
part
Tertio principaliter dī-
xi q quidā sunt filij dyabo-
li p culpam. cuiusmodi sūt
omnes superbi, inuidi, ce-
teriqz peccatores. quorum
omnium pater est dyabolus
Habet em̄ in gestis roma-
noz, q quedā mulier habu-
it tres filios. que mortū ap-
propinquans dixit marito
suo tantuz vnū ex illis esse
filiū suū. sed noluit reuela-
re quis esset. z sic tandē mor-
tua est. Varius vero sup
usuēs graulter ferens ver-
ba vxoris sue, z cui istoz
daret hereditatē dubitans
dixit executoribz suis ordi-
natis inter vos vnā caute-
lam p quam poteritis ve-
nīre ad veritatem quis isto-
rū trūz est filius meus. Vñ
mortuo corpe ligauerunt
corpus suū ad quandā ar-
bozem z dixerūt filijs suis
q quisqz illoz trū sagit-
taret ad corpus ppinquus

paternā haberet heredita-
tem. Primo vero senior fili-
us sagittauit, deinde secu-
dus, tertius vero noluit sa-
gittare, quia timor natura-
lis paterni corporis eū im-
pediuit, executores vero fi-
lio nolenti sagittare dede-
runt hereditatez eo q esset
filius naturalis. Consimili
vero cautela z sapientia
usus est, Salomon rex. vt
habet. iij. regū. ij. de duabz
mulieribz cōtendentibz co-
ram eo p filio viuō. Quaz
vna dixit, Filius meus vi-
uit, z altera non, sed filius
meus vsuit, Tandē rex fe-
cit sibi gladiū afferi z pre-
cepit diuidi infantem viuū
tunc vero mater cōpartēs
filio suo noluit q puer occi-
deret. Alia vero q nō erat
mater dixit. Nec mihi nec
tibi sed diuidatur. z sic pue-
nit rex ad verā noticiā rei.
Spūaliter pater celestis ha-
bet multos reputatos pro
filijs suis quoz aliq sunt
vere filij z aliq ingrati, z sic
p imitationez filij dyaboli
sed christus pater omnīuz
fuit p nobis omnibz ligat⁹
ad arbozem crucis, z ideo illi

qui istū sagittant ⁊ vulne-
rant cum magnis ⁊ horri-
bilis suramentis cū men-
dacijs ⁊ detractōibz. ⁊ c. Isti
quantū in eis est itez xpm
crucifigunt. De quibz psal.
dicit. Filij hominū dentes
eoz armaz sagitte ⁊ lingue
eoz gladius acut. Et ideo
isti nō sunt digni eterna he-
reditate. Sed illi qui com-
patunt xpo passo ⁊ cu sto-
diunt linguas suas a fal-
sis suramentis ⁊ detractio-
nibus sunt veri filij dei. et
heredes regni celestis. De
quoz quilibet habet ad Gal.
iii. q. sumus filij ⁊ heredes
p deū ⁊ in psal. Ecce here-
ditas dñi filij merces fru-
ctus ventris. Iste fructus
est iesus xps qui est merces
omniū filioz suozum Quā
nobis concedat qui sine fi-
ne. ⁊ c.

Sermo V.

Quari La-
simi habet Jo-
ne. j. q. modo Jo-
nas quando fuit cum nau-
tis omnes qui fuerūt in na-
ui fuerūt in periculo peri-
clitandi. ⁊ tunc naute dix-
erunt

Surge ⁊ inuo-
ca deū tuum si forte audiat
nos, Spiritualiter loque-
do nos qui sumus in mari
hulus mundi sumus con-
tinue in puncto periclitan-
di cū temptatōibz ⁊ multis
tribulationibz de die i dies
multipliciter agitari. ⁊ igit
necesse est vt ad eam domi-
num deum nostrū ipsum i-
uocādo ne peream. Hinc
consult nobis dominus p
pphetā dicens Inuoca me
in die tribulationis ⁊ eru-
am te ⁊ honorificabis me.
Et ideo in pncipio hulus
sermonis p gratia haben-
da dicamus Pf nř ⁊ Aue-
maria A Pro proces-
su sermonis est aduertēdū
q xps vocat nos quadru-
pliciter videlicet p internā
inspirationem. p exteroz
p dicationem. p beneficioz
largitionē. ⁊ p angustiam ⁊
tribulationem Isto primo
modo vocauit sanctū pau-
lum a malo consortio pec-
catorū ad vřtam gratie. ⁊ h
quando fuit cōuersus per
penitentia ad deū ⁊ ideo di-
cit ad Gal. j. Audistis em
cōuersationem meam ali-

quando in iudassimo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei. Luz autem placuit ei qui me se gregauit ex utero matris mee, et vocauit me per gratiam suam etc. Modo commiliti de^o vocat peccatores per gratiam suam ut peccata diu visitata dimittant et confirmant se in proposito bono, ne redeant in peccata perterita, sed in futuro agant penitentiam de commissis. Et ideo dicit Iesus Luc. v. Non ueni uocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Et de illis qui audiunt uocationem magis gaudium est in celo quam de illis qui nunquam deliquerunt. Hinc dicit Christus, Luc. xv. Magis gaudium est in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia. Et notandum quod dicit penitentiam cogitate sicut hi qui de anno in annum excitantur ex inspiratione diuina ad emendandum se et tamen ex pigritia spiritum extinguunt. Nec dicit penitentiam dicite, sicut hypocrite

tristes qui dicunt penitentiam et non faciunt, sed dicit penitentiam agite, et tales sunt qui interiorum dominus uocationem recipiunt: audiunt et ope complent. De quibus dicit ad Romanos, viij. Quos uocauit hos et iustificauit. Isto modo uocauit Ezechiam regem qui grauiter peccauit contra deum. Et ideo dominus percussit eum graui infirmitate ad quam missus fuit Esaias. Cui dicit, Dispone domui tue, quia morieris et non uiues. Et conuersus Ezechias ad parietem fleuit fletu magno. Et confestim dicit dominus ad prophetam. Uade et dic Ezechie. Audi uel orationem tuam et uide lacrymas tuas. Addiditque diebus suis quindecim annos. Et hinc dicit Esaias, xxij. Uocabit dominus ad fletum et ad plactum, ad caluicium et ad cingulum sacci. Primo ad fletum contritionis in corde. Secundo ad plactum confessionis in ore. Tertio ad cingulum sacci, id est, humiliationis et satisfactionis in opere. Figura huius habetur Genesis, xxi, quomodo

Sermo .V.

do Agar que fuit ancilla
 Abrae expulsa fuit cū filio
 suo a domo Abrae p Sa-
 ram vxorem suam, z transi-
 uit cum puero in solitudi-
 nem z deficiente cibo z po-
 tu leuauit vocem suam et
 fleuit. Quā angel^{us} dñi vo-
 cauit dicens. Quid agis a-
 gar. Noli timere, Exaudi-
 uit enim deus vocem pue-
 ri tui. *Dozaliter per agar*
 que interpretatur conuer-
 tens intelligo peccatorem
 conuersum ad deum p cor-
 dis cōtritionē z fleū. Per
 angelum intelligo spiritus
 sanctum q̄ confortat peni-
 tentes in sua conscientia le-
 ticia interiori, quando con-
 fert spem firmam de venia
 peccatorum. Tunc vero ex-
 audiuit preces penitentis
 cum vocat illum p internā
 inspirationem ad relinque-
 dum peccata diu vilitata.

B Sed timendum ē
 q̄ multi sunt ita affecti ad
 peccata q̄ domini vocant
 vocem nō audiunt, sed gra-
 tiam eius gratis datam re-
 pellunt. Tales sunt quoz
 corda in peccatis sunt ob-
 durata, vt habetur in cro-

nics Imperatorum roma-
 norū, q̄ Eraclius veniens
 ad reges nomine Cosdroe
 Et videns mortem immi-
 nere, pallorem z signa mor-
 tis i sua facie siue i suo cor-
 pore apparere dixit. Si in
 dño iesu xpo volueris cre-
 dere, z ad christum conuer-
 ti totum regnum persarū
 tibi tradam z vitam tuam
 obtineb. Cui rex Cosdroe
 acquiescere noluit, sed i in-
 fidelitate persistit, Eracli-
 us zelo dei succensus gla-
 dium suum euaginauit et
 caput suum abscidit vidēs
 eum obstinatum in sua ma-
 licia. Exemplum ad h̄ ha-
 betur. Actus, viij, quomo-
 do beatus Stephanus in-
 crepauit iudeos qui erant
 obstinati cōtra dominum
 z noluerunt audire vocem
 eius vt facerent eius prece-
 pta. Et dixit dura cerulce
 z indomabili corde vos sp̄
 spiritus sc̄to resististis. Do-
 dō cōsimili faciunt illi qui
 sunt in peccatis obstinati,
 nolunt per contritionem
 cordis conuersti ad domi-
 num. De quolibet tali po-
 test dici illō Job, xij. Ser-

*Agar signi-
 conuertere*

num meū vocauit ⁊ non re-
spondit, ore proprio depre-
cabat illum. Et hoc
facit quando per internaz
vocationem seu inspiratio-
nem loquitur hominibꝫ con-
uertat se ad illum. Unde se-
ptem sunt inspiratiōes spi-
ritus sancti quibꝫ vocat nos
ad gratiam. Primo ingerit
peccatori noticiā sue mali-
cie et iniquitatis, ⁊ quasi i-
pellendo ipsum ad penitē-
tiam indicat ei peccata que
cōmissit. Secundo ingerit
peccatori magnitudinē pe-
narum infernalium que nō
habent finem, ⁊ quasi i-
pellendo ipsum ad penitentiā
incurrit ei timorem supplicij.
Tertio monet peccatorem
ad contritionem cordis incu-
tendo sibi dolorem interi-
⁊ fluendo lachrymarꝫ exte-
rius. Quarto monet ad fu-
gam peccatorū ⁊ occasiōē
eorꝫ, videlicet ad loca sus-
pecta ⁊ omnē oportunitatem
malaz. Quinto monet pec-
catores ad spem veniē ⁊ mi-
sericordie ostendens q̄ be-
nignus ⁊ paratus est deus
ad remittenduz peccata de-
linquentium. Sexto mo-

net deus peccatorē ad fer-
uorem caritatis vt scz fact-
at operay virtuosa ⁊ deo pla-
cita. Septimo mittit i cor-
humanū dulcorem contē-
plationis replendo ipsum
spirituali delectatiōe ad ha-
bendum suauitatem i dño
Jesu ⁊ nō in alia re tempa-
li. Et sic deus istis septem
inspiratiōibꝫ vocat pecca-
tores ad gratiam habēdā.
Unde dicit Job, v. Voco
si quis est qui respondeat
mihi p̄ oris confessionem,
⁊ cōuertat se ad vitam vir-
tuosam. In cuius signum
habetur. Exodi, xxxj. Voca-
uit beseleel ex nomie ⁊ da-
bo sibi sapientiam et intel-
ligentiā ad faciēda opa q̄
ego p̄cipio sibi. Arte fabri-
catoria. Doraliter p̄ Be-
seleel qui interpretatur egre-
diens de egypto intelligo
peccatorem qui ad vocati-
onem dñi egreditur de te-
nebris peccatorꝫ, cui dabit
dñs spiritū sapiētie ad p̄fi-
cienduz opa inuncta in cō-
fessione ad meritum gratie
habende ⁊ spem veniē om̄
peccatorꝫ. Et ideo dicit exodi
ij. Vocauit nos ⁊ ibimus

*Beseleel
uirifaber f.*

2 pars.

vitam trinum dier in solitu-
dine vt imolemus dño do-
nō, p̄ purificationem. p̄fessionem
nemz satisfactionem. Ex q̄
bus patet quomodo vocat
nos deus per internā aspi-
rationem. Secundo p̄ncl
palit̄ dixi q̄ dñs vocat nos
ad vitam eternā habendaz
p̄ exteriorē predicationem
Dicit em̄ doctor de lyra. c.
liij. Matth. q̄ apostoli xpi
q̄ fuerūt maxime p̄dicato-
res z doctores populū, vo-
cati erāt a xpo trina voca-
tione **D** Primo erant
vocati immediate post ba-
ptisimum vt patet Joh. j.
q̄ discipuli Johānis au-
dierunt eū dicētem de xpo
Ecce agn⁹ del. z secuti sunt
Jesum. Et ibidem dicit q̄ an-
dreas frater symonis petri
fuit vnus ex duobz qui se-
cuti sunt Jesū. Et ideo sub-
ditur q̄modo vocauit Sy-
monem fratrem suū z ait.
Tu vocaberis cephas. id
est. Petrus. Secundo vo-
cauit eos in captura pisciū
cū relicq̄ ribetibz secuti sunt
dñm. Quā vocationem de-
scribit Luc. v. ca. dicens q̄
xps propter turbas irruē-

tes z sequētes eum descen-
dit in nauem petri ad pre-
dicandū populo. Et cū pe-
trus z socij eius vidissent
miraculuz in captura pisci-
um, vbi ceperūt tantā mul-
titudinem q̄ impleuerunt
duas naues suas, z relicq̄
omnibz secuti sunt eū. **S**
iste due vocationes non fu-
erunt in gradu apostolat⁹
sed ad quandā familiarita-
tem vt essent discipuli eius
Tertio vocauit eos ab ar-
te piscatoria z ab alijs arti-
bus ad quas post illaz vo-
cationem nō reuertebant.
quia tunc erant electi vt es-
sent apostoli christi, et pre-
dicarent regnum del **E**

Sed si querit nunquid
christus vocauit ad predi-
cationem solū simplices et
illiteratos, vel etiā alios, z
si sic quare hoc. Dicendus
est q̄ vocauit tam literatos
z doctores q̄ etiam simpli-
ces z illiteratos, quia vt ha-
betur Joh. liij. Matthana-
el z Nicodem⁹ docuerunt
z p̄dicauerūt populo z vo-
cauerunt ad fidem xpi. Nā
si solos illiteratos z simpli-
ces vocasset populuz po-

tuisset credere q̄ essent de-
cepti. Bene tamen simpli-
ces magis in principio cō-
stituit ad predicandum po-
pulo. z ad vocandum po-
pulum ad fidem z legem xp̄i magis
ascriberet diuine sapientie
q̄ humane doctrine. Con-
stituit ergo de^o apostolos
z eorum sequaces vt exerce-
rent officiu; p̄dicandi per
quos vocat ad gratiam et
penitentiā. Et ideo dicit apo-
stolus, h̄, ad Thessal. h̄, vo-
cauit nos p̄ euangelii suū
in acquisitionem glorie dei
quilibet peccator bene po-
test signari p̄ istum seruum
quem misit homo qui fecit
cenam magnam in vicos
clustatis, z vocauit multos
ad cenam suam Luce, xliij.
Quod exponēs beat^o Gre-
gorius dicit q̄ p̄ istum ser-
uum potest intelligi p̄dica-
tor verbi dei quē misit do-
minus ad vocandū popu-
lum ad celum, id est, ad glo-
riam celestem. ¶ Sed
multi nolunt venire ad vir-
tuosam vitā, sed tripliciter se

excusant. Nā aliq̄ se excu-
sant per sublimitatem do-
minationis z prelationis.
Alij propter difficultatem
terrene occupationis. Et
alij propter fragilitatē car-
nalis corruptionis. Et isti
tres figuratur p̄ illos tres
quos enumerat euāgelista
Prim^o dixit Villā emi, et
vado videre illas. Rogo te
habe me excusatū, p̄ quē in-
telliguntur prelati z dñi q̄
p̄pter supbiā z honores ter-
rales nolūt audire vocē dñi
vocantis, z ideo excusant
se a vita celesti, vbi dicit Gre-
gorius, q̄ ille q̄ se excusat
p̄ emptiōes velle ostendit se
esse fatuū, qz pus dicit se emi-
se villas q̄ vidisse. Nam q̄
emittit aliqd z pus nō vidit
facile decipit. Et certe si ho-
mines viderēt picula q̄ sūt
in honorib; nō tantā habe-
rent sollicitudinē nec tā ca-
ere emerent episcopatus et
cetera que sūt transitoria, sz
omnia talia vilipenderent.
Quia vulgariter dicitur: Quan-
to gradus altior tanto ca-
lus piculosior. Secundus
dixit, Juga bouum emi qn-

Villam emi.

Gregorius

Juga bouum

*Juga bo-
uum emi.
quod*

*in pyro
in p̄dicatō
tor.*

q̄s. et vado probare ea Ro
 go te habe me excusatuꝛ, p
 quem significantur auari
 qui habent omnes sensus
 occupatos circa terrena col
 ligenda, quia aures eoruz
 magis delectantur audire
 de auroꝝ argento q̄ de ver
 bo dei aut de aliquo p̄tinē
 te ad salutem anime. ⁊ eoruz
 lingua magis delectatur lo
 qui de terrenis q̄ de deo.
 Et sic de ceteris sensibꝛus.
 Iste vt dicit Gre. ostende
 bat magnam fatuitatem i
 sua excusatione quia prius
 debuisset bonos pbare q̄
 emisse. Udo cōsimili de
 bet quisq; pbare prius qd
 est auaricia q̄ emere. l. ama
 re. Nam auaricia est idolo
 rum seruitus. Tertius di
 xit. Uxorem duxi ⁊ ideo n̄
 possum venire. Per quem
 significatur luxuriosi ⁊ im
 mūdi qui se dant volupta
 ti carnis. ⁊ viuūt tanq̄ be
 stie. Isti non possunt intra
 re in celum. id est. ad gloriā
 celestem. Et quia tot se ex
 cusant per ista trisa peccata
 nō misꝛ q̄ dicit xp̄s Mat.
 xxij. Multi sūt vocati pau
 ci vero electi. In cuius fi

gura legitur Num̄. l. 14
 de sex milibꝛ hominū q̄ nō
 cesserunt in partem dñi ni
 si triginta due anime. Un
 tales qui sunt vocati predi
 catione ad regnum ⁊ istis
 modis se excusant erūt se
 gregati a consortio beatorꝝ
 qz dicitur. Lu. xliij. Nemo
 vtroꝝ illoꝝ qui vocati sunt
 gustabit cenam meā. ⁊ pri
 mo punietur pena damni.
 secūdo punietur pena sen
 sibilis eternali. S Hic q̄
 rit Augustinus. cum libi
 do peccati breuis sit ⁊ cito
 pficitur ⁊ transit. videtur i
 iustum q̄ peccator sine fine
 puniatur. Respondet Au
 gustinus de ciuitate dei. c.
 viij. dicens. Peccator dign⁹
 est eterno malo qui in se pl
 mit bonū virtutis qd̄ potu
 it esse eternum. Et Grego.
 xxxij. moralij. Iustū ē vt
 qui peccato vit̄ voluissent
 eternaliter si potuissent et
 naliter penam sustinere co
 gantur. Un Esaiē vlt. in
 quit dñs p̄ p̄phetam. Que
 timebant adducam eis. l.
 penas eternas. quia voca
 ui ⁊ non erat qui responde
 ret. Tales fuerunt filij Iu

Auari

*14
 10/na
 17
 canb*

Auaritia p̄

Uxore duxi

obj. 22.

AB

prover

da q̄b̄ predicatū fult a dīz
 uerſis p̄betis vt dīligerēt
 dñm z noluerūt audire vo
 ces p̄hetarū, z ideo multi
 eoz mala morte perierunt.
 vt habet. ij. Parallip̄, xv. et
 ideo ne pereamus p̄ pecca
 tum dominus nos vocat
 p̄ predicacionem exterozē.
 Tertio p̄ncipaliter dicit q̄
 deus vocat nos ad ipſum
 diligendum p̄ beneficiorū
 largitionem. Tria em̄ do
 na hominibz libenter con
 fert deus, bona fortune, bo
 na nature. z bona gratie vt
 per hec alligantur ad dñm
 num amorem. De quo lo
 quitur dñs p̄ p̄hetā Eſaie
 vltimo, dicens vocauit. id ē
 multiplicauit eum in bonis
 temporalibus. Sed vocatio
 ni huius multi contradicūt
 qui bonis t̄p̄alibus male
 vtiuntur z male ea expēdunt
 nec volunt de illis paupe
 ribus ſubuenire. Dicit Cri
 ſoſtomus omelia ſecunda
 ſuper illo euāgelio, Homo
 quidā erat diues. q̄ diues
 ille nō reprehenditur quia
 abſtulit aliena, ſed q̄ nolu
 it dare bona p̄ſa. Hic ve
 ro aduertendū eſt qua pe

na punietur qui rapit alie
 na cum inferni damnatiōe
 p̄cutit qui p̄ſa nō largit.
 Hic queritur quare nomē
 diuitis nō ponitur in euā
 gelio ſicut nomen paup̄is.
 Respondetur q̄ pauperis
 facta dominus approbauiſt
 z non diuitis. Item queri
 tur quare petiit guttam aq̄
 ad refrigeranduz linguam
 ſuam et non lagenam. Re
 ſpondet Gregorius, quia
 minimā rem videlicet micā
 panis negauit pauperi, et
 ideo iuſtum fuit iudicium
 vt minima res ſibi negare
 tur vt gutta aque. Tertio
 queritur quare cruciatus
 fuit in lingua potius q̄ in
 alio membro corporis. Re
 ſpondetur. quia multipli
 cius cum lingua peccauit,
 videlicet in loquacitate z i
 guſtu. id eſt. in guſtando
 lectabiles z lautos cibos.
 Et ideo cōſulit p̄ſal. dices
 Diuitie ſi affluāt nolite cor
 aponere. Super qua ſcite
 ra dicit Auguſtinus. Nō
 dicit nolite habere diuiti
 as. ſed dicit nolite cor apon
 nere. Nō damnat diuitias
 ſed euz qui eas in debite cu

1 obſeruo
Diues.

2 obſeruo
Gutta.

3 obſeruo,
Lingua.

p: 62

3
Pari

11

11

Dispositio

Stodit, z non expendit eas
ad honorem dei. Et ideo
 diuine nō sunt simpliciter
 contemnende, sed virtuose
 expendende ne sint impedi
 menta virtutum. Tenacitas
 enim diuinitum bene re
 prehēditur p̄ dicitū zachel,
Luc. xix. Ecce dimidiū bo
 noꝝ meoꝝ domine do pau
 peribus. Et si quem aliqd
 defraudans reddo quadru
 plum. Ubi nota q̄ non
dicit dabo z reddam in fu
turo. sicut diuites hui⁹ mū
 di dicunt, sed in p̄nti do et
 reddo. Lum ergo domīn⁹
 vocat nos ad suum amōre
 p̄ bona fortune q̄ debem⁹
 expendere prudēter ad dei
 honorem ideo eius vocati
 onē audire debem⁹. Dinc
 scribitur Job, xliij. Voca
 bis me z ego respondebo
 tibi, z sequitur, Operi ma
 nuū meaz porriges dexte
 ram, scz prosperitatis z di
 uitiarum. **I** Secūdo
 vocat nos p̄ bona nature.
 Unde Bernardus, O ho
 mo cōsidera quō creauit te
 deus sine cōmodo suo ni
 hil enim promernisti, quia
 nihil ante fuisisti, Cogita q̄

z par bona nature

modo fecit te fm corp⁹ egre
 glam creaturā, z fm aiām
 ad dei similitudinem rōnis p
 ticipē z beatitudinis eter
 ne coheredem. Item cogi
 ta quō fecit te dñm omniū
 creaturarū. Et si ista bene
 consideras vocem domini
 vocantis exaudies Et tōo
 dr. Math. xxv. vocauit ser
 uos suos z tradidit illi bo
 na sua, scz bona nature, et
 bona fortune, z bona gra
 tise vt operarent cū illi ope
 ra salutis z virtutū, quia q̄
 opant mala opa sūt ociosi
 z nō opant ad salutem aīe.
 Et ideo quando veniet do
 minus ad iudiciū vnūquē
 q̄ remunerabit fm op⁹ su
 um. Hoc ostendit Matt.
 xx. cū dixit xp̄s q̄ paterfa
 milias fecit cōventionem
 cum oparijs ex denario di
 urno, z misit eos in vineas
 suam. Spiritualiter p̄ istā
 vineam intelligo animam
 quā dominus tradidit ad
 excolendam eā tanq̄ vine
 am vt portet fructus virtu
 tum sed post hanc vitam q̄
 libz d̄ mercede recipiet fm
 laborē suū, z ideo dicit xp̄s
 Voca oparios, z redde illi

bona gratie

11

mercedes suam, Qui enim sunt bene operantes sunt de ouili xpi. et hmoi vocat ad gloriam, Unde Iohis. x. proprias oues vocat nominatim et sequunt eum. et vadit ante eas. ad vitam eternam possidendam. Ex quibus patet tertium principale R

Quarto principaliter dicitur quod xps vocat nos ad gaudium celeste per angustias et tribulationes. Unde Gregorius. xx. moralium. Aure cordis tribulatio aperit quas sepe prosperitas claudit. Unde Inconsequens. in sermone de aquis. In india est lacus qui ter in anno est dulcis et ter amarus. Dico consilium illi est de tribulatione. que ex eo triplici effectu est dulcis. Primo quia tribulatio purgat animam a peccatis preteritis. sicut fecit dauid qui grauiter peccauit contra dominum. Secundo tribulatio preseruat a malis sicut stimulus carnis et temptatio preseruauit Paulum a malis futuris Tertio tribulatio exercitatio est ad coronam. sicut fuit in Job qui fuit promptus in tribulationibus. Et qui patienter susti-

nuit habuit coronam glorie Et sic patet quomodo tribulatio et angustia est dulcis parte tribus et amara murmurantibus. Unde Gregorius. j. li. moralium querit. Cur Job tot tribulationes sustinuit que tantas virtutes habuit. Et respondet. Hoc bene fuit domino quod Job inter prosperitates nouerat deo seruire. et ideo dignum fuit ut distributio diuine iusticie inquireret vtrum patiens in flagella permaneret. Et ideo dicitur. De. ij. Est enim gratia apud deum ut patienter sustineatis tribulationes et angustias In hoc enim vocati estis. quod xps passus est pro nobis. vobis relinquens exemplum ut sequamini festigia eius ut scilicet mala omnia sustineatis patienter sicut spe fecit. quod ut dicitur. Bre. Mala que hic nos promittit ire ad deum nos appellunt Exemplum dicitur filio pdigo que deuastauit bona patris sui in luxuria et aliis miseris que famis inedia quam sustinuit ad patrem suum renouauit. Dico illi peccata que deum preter relinquunt per tribulationes et angustias ire ad deum appellunt. e z

I Sed timendum ē
 q̄ multi dei uocationē per
 tribulationes ⁊ angustias
puris z sanctis qui mada-
ta dei custodiunt. Dicente
xpo. Johãnis. xliij. Si quis
diligit me sermonem meum
servabit. z pater meus dili-
get eum. z ad eum veniemus
z mansionem apud eum fa-
ciemus. **H** Sed
timendum est qd multi istis
diebus magis addiscunt do-
ctrinam z prudentiam mû-
dialem qm spiritualem pru-
dentiam. quia iam nullus
reputatur prudens: nisi sci-

at multas divitias p suas
cautelâs falsas acquirere.
z proximum defraudare: et
destruere. Magis vero ad-
discunt homines ad bancũ
regis placitare: qm ad eccle-
siam dei convenire: seu sibi
orare. Immo qui sic faciunt
reputantur stulti sine fatui
Et ideo dicitur Johãnis
tertio. Qui male agit: odit
lucem: z non venit ad lucem:
ut nõ arguantur opa eius.
Fures enim z latrones ma-
gis diligunt tenebras z no-
ctem qm diem z lumen. Sic
mali nunquam vellent audi-
re etiam enormitatem pec-
catorum suorum. De talibus con-
querit Christus. Johãnis
ij. Lux venit in hunc mun-
dum. z dilexerunt homines
magis tenebras qm lucem.
z ideo venit xpus in men-
tem humanam ad lertifican-
dum z confortandum sicut
habet in scriptura qd mul-
te tribulationes z angustie
frequenter accidunt propter
peccata hominum. Et ne pec-
catores in tempore tribula-
tionis inciderent in despe-
rationem z desolationem.
Christus venit per suã gra-

clam interius nos per patientiam consolando Dicit enim Boetius de consolatione Philosophie. Prosa vij. Quid apud iustum et sapientem nulla fortuna est mala. Quia quilibet potest si voluerit trahere fortunam suam ad bonum, quia si sit aspera et plena angustiis: tunc potest trahere ad bonum patiendo et sustinendo, et tunc est sibi meritum si sit letitia et beneplacita dicat illa bene vti et in deo regulari. Et ideo dicit Boetius. Omnis fortuna aspera aut exercet perfectos: aut corrumpit imperfectos: siue puniat iniustos. Et ideo non contrahuntur quicquid tribulationis eis acciderit. si sint peccatores frequenter tristantur: et tunc nisi consulerent per divinam aspirationem caderent in desperationem. Hinc dicit Psalmista. Letetur mons syon: et exultet filius iude propter iudicia tua domine. Moraliter syon significat animam iusti que alte situat in contemplatione et despectu terrenorum. Et ideo habet magnam materiam letandi, et ideo dicit. Letabitur iustus

in domino. Filii iude vocantur penitentes et confessi: quia iuda confessio interpretatur. Peccatores qui habent contritionem et lacrymas pro peccatis: et veram confessionem bene possunt letari et dicere cum Psalmista. Secundum multitudinem dolorum eorum in corde meo, consolatio domus tue letificaverunt animam meam. Figura huiusmodi habet. vij. Regum. xij. Quo modo servus regis Ezechiel: qui peccaverunt contra deum venerunt ad prophetam Isaiam dicentes: quia rex Assyriorum venisset cum magno exercitu ad destruendum regem Ezechielam. Et statim necaderet in desperationem confortavit regem propheta dicens. Vade et dicit Ezechiel quod ego faciam eos converti ad terram suam: et declam eos gladio. Quo audito rex est confortatus et cepit orare. Item habet in scriptura quod filii israel propter sua demerita fuerunt capti et ducti ad Babylonem Et ne caderent in desperationem dominus misit ad eos Hieremiam Baruch et Eze-

chielem et alios prophetas ad confortandū eos et consulē dū vt peterent ventam et misericordiam a deo: statimque compuncti corde fleuerunt et dñs liberauit eos de angustijs suis. Et ideo loquitur Isaias cuiuslibet anime peccanti. Surge Illuminare Hierusalem. Per Hierusalem figurat anima humana que debet surgere a peccato: et recipere lumen gratie et spiritualis consolationis: que consistit in contritione et effusione lachrymarum quam xps venit ad dandū vere penitentibus de suis peccatis. Et ideo nullus debet diffidere de eius misericordia, vt dicit Ambrosius. Fleuo conscius peccatorum veterum diffidat. Deus nouit mutare sententiam si tu vis emendare vitam. Hec ille. Et ideo xpm ventētem ad animam nostram firmiter custodiamus et non permittamus eū a nobis recedere. Unde dicit in euangelio Johannis, iij. Spiritus ubi vult spirat: et voces eius audis, sed nescis unde veniat aut quo vadat.

Nescis inquit unde venit, quia forte spūs venit in animam tuam non ratione proprii meriti, sed ratione meriti alterius boni et virtuosi qui orat pro te. Et quādo recedit nescis quo vadit, nec quomodo eum recipies. et ideo bonum spiritum tenete vobiscum. Unde dicit Johannis, xiiij. Quādo xps recessurus erat a suis discipulis corporaliter mortem pro nobis patiendo et ascendendo ad celū sui apostolus tristabatur de sui recessione. Et ideo ad eorum consolationem dixit. Non vos relinquam orphanos. Vado et venio ad vos. Et sequitur in xvj. cap. Iterum autem video vos scilicet post resurrectionem. Et gaudebit cor vestrum quod fuit impletum quando misit eis spm sanctū qui in omni tribulatione consolabatur eos.

Tertio venit xps in mentem humanam ad suggerendū et defendendū. Qualiter enim posset anima humana sustinere tot insultus demonum: nisi haberet deū protectorem suū. Et ideo dicitur

1. **I**saie, xl. Ecce dñs deus in
 fortitudine ventur: z brachi
 um eius dominabitur scilicet
 super omnem potestatem
 demonũ. **U**nde dicit **V**in
 centius in speculo naturali
 libro, lliij, cap. xvij. **Q**uod filius
 dei q̄ est summe misericors
 hominũ ppter peccatũ a fa
 cile eius expulsus in hoc ex
 lliũ lachrymarũ contra eius
 tres hostes tres ordinavit
 defensores. **C**ontra malũ
 angelũ ordinavit bonũ an
 gelũ ad suã custodiam z de
 fensionẽ. **C**ontra carnẽ or
 dinauit suã mortẽ. **E**t con
 2. **T**ra mundũ ordinavit exem
 3. **P**la sanctorũ q̄ mundũ z eiũ
 diuitias contempserũt. **E**t
 sic xp̄us venit vt ordinaret
 nobis defensores cõtra in
 micos nostros. **U**nde dicit
 tur **D**anielis, x. q̄ **M**icha
 el archangelus venit vt ad
 iuuaret p se z ministros su
 os ad defendendũ homines
 contra insultus demonum
Lũ ergo gratãter ex sua in
 finita bonitate venit ad nos
 spũaliter videlicet ad docẽ
 dũ confortandũ z defendẽ
 dũ nos debemus gratãter
 venire ad eũ tripliciter. **V**idelicet

cet p cordis contritionem,
 oris confessionẽ, z opis sa
 tisfactõẽ. **P**rimo in quã p
 cordis contritionẽ que sũ
 doctores est dolor volũta
 rie acceptus cũ pposito fir
 mo non recidũandi z con
 stitendi: quem dolorẽ oportet
 et peccatores habere in ca
 su quo vult veniam pecca
 torũ obtinere. **E**xemplũ hu
 sus posuit **H**olko th super
 p̄mũ **S**apientie dicens: q̄
 naturales dicũt q̄ est auis
 q̄dam habens faciem hũ
 nam, sed est auis nimis cru
 delis z ferox intantũ q̄ in
 terdũ pre famis inedia ho
 minem inuadit z occidit, z
 postq̄ sitiens ad aquam va
 dit z potũ sumit vbi faciem
 suam propriam intuens in
 aqua vidit similitudinẽ fa
 ciei hominis, z memor sibi
 similem occidisse, tantũ do
 lorem in corde patit vltra ci
 bũ nõ sumit: sed morit̄.
Spũaliter hoc q̄dem faci
 et peccator qñ videt filium
 dei p se incarnatũ z passum
 ad cuius ymaginem condit
 tus fuit. **E**t per sul peccatũ
 maledicam quantum in ip̄o
 est occidisse qd̄ in fine cogi

Nota huius

Auis.

tatus deberet plāgere et do-
 lere. **R** Sicut cō-
 sulit propheta dicens, Ve-
 nite ploremus corā domi-
 no qui fecit nos, pro nostra
 scilicet ingratitude debe-
 mus venire ad xpm p oris
 confessionē. Unde Parissi-
 ensis in libro de sacramen-
 tis facit talem rationē. Ad
 probandū q peccator tene-
 tur peccata sua homini cō-
 fiteri dices q impossibile ē
 aliquem iudicare in causa
 quam ignorat. Cum ergo
 cōfessor tuus sedet inter te
 et deū, ergo ille non pōt bñ
 iudicare in causa tangente
 tuū peccatū: nisi sciat qd fe-
 cisti, sed non potest scire ni-
 si dicas verbo: signo, vñ ali-
 quo alio modo. Quia pec-
 cata tua inter te et deum co-
 gnoscuntur. Ergo oportet
 vt tu pitearis peccata tua:
 et postea iudicare habz et pe-
 nitentiam salutarem impo-
 nere. Unde sic cōsulit xps
 in euangelio. **Matth. 11.**
 Venite ad me omnes q la-
 boratis et onerati estis, one-
 re peccatorum. Et ego reficiam
 vos: videlicet mundando
 salubriter: et peccata miseri-

corditer donando. **Ter-**
 tio debemus venire ad xpm
 per operis satisfactionem.
 Dicente enim Augustino:
 libro de ecclesiasticis dog-
 matibus. Q satisfacere est
 causas peccatorum exclu-
 dere, et eorum suggestioni-
 bus vñam precludere. Un-
 de licet contritio satisfaciat
 et confessio quo ad deletio-
 nem culpe, et homo per pec-
 catū meruit penam eternā:
 sed virtute pessionis et cō-
 tritionis commutat illa pe-
 na eterna in penam tempo-
 ralem. A qua tamen pena
 temporalī liberatur p ope-
 ra satisfaccōnis, que sunt le-
 iuniū, peregrinatio, elemo-
 syna, et cetera huiusmodi.
 Hinc consulit propheta di-
 cēs. Venite filij audite me:
 timore domini docebo vos
 Quia qui timet dominum
 faciet bōa satisfactoria pro
 peccatis rē. Istis tribz mo-
 dis debet homo venire ad
 deum, et cum eo gaudere in
 eternum. **Tertio pncipa-**
 liter dicit. Q xps veniet in
 tempore futuro ad iudiciū
 ad iudicandū bonos a ma-
 lis iustissime separādo. **Di-**

cunt Astrologi q̄ in firma-
mēto sunt diuerſa ſigna in
quibus ſol facit circulū ſuū
de vno in aliud. ſed inter il-
la tria ſigna ſcilicet Leontis
Virginis: ⁊ Libre. ſol cur-
rit ſucceſſiue. **I**

Spiritaliter per ſolem in-
telligo chriſtum dei filium
qui anteq̄ fuit incarnatus
fuit in ſigno Leontis. quia
in atriſua lege fuit ſicut leo
crudelis ſuper peccatores.
q̄ ſtatim vindicauit. vt pa-
ter in ſcripturis de Sodo-
mitis ⁊ multis alijs. Sed
poſtea tranſiit in ſignum
virginis quā naturā huma-
nam aſſumpſit de virgine.
Tunc fuit humilis ⁊ miſe-
ricors cum peccatoribus: vt
patet de muliere q̄ fuit ap-
prehensa in adulterio. Jo-
hannis. viij. ⁊ multis alijs.

Sed tranſibit in ſignum
libre quando veniet ad iu-
dicium ponderans opera
bonorum ⁊ malorum. ⁊ di-
uidendo oues ab edis. Di-
cit enim Albumazar in ſuo
introductorio. q̄ in ſigno li-
bre aſcendit vir iracundus
in ſiniſtra manu habens li-
bram. ⁊ in dextra pondera.

Spiūaliter p̄ illud ſignum
intelligo aduentū xp̄i ad iu-
dicium in quo ponderabit
omia peccata viuoz ⁊ mor-
tuoz. Tūc apparebit terri-
bilis peccatoribus. ⁊ māſue-
tus electis. ⁊ nulli parceret. q̄
non recedet timore cū ſit po-
tentiſſimus. Nec cecabitur
muneribus. quia eſt ſapientiſ-
ſimus. Nec placabitur prece-
bus. q̄ eſt iuſtiſſimus. Ideo
dicitur Malachie. iij. Ec-
ce veniet dominus exerci-
tuum. ⁊ quis ſtabit ad vide-
dum eum zc. Unde dicit
Chryſoſtomus ſup Bar-
theum. Filij pro parenti-
bus non intercedent. Nec
angeli pro hominibus. q̄a
natura iudicij preces non
recipiet. eo q̄ ibi erit iuſti-
cia ſumma. Nam ſicut gla-
dius abſconditur in vagi-
na. ſic iuſticia domini ab-
ſconditur in vagina miſeri-
cordie ⁊ ideo amota miſeri-
cordia apparebit iuſticia q̄
omnes ſancti ⁊ angeli veni-
ent cū eo ad iudicium con-
tra peccatores. Et ideo nul-
lus pōt eis reſiſtere. Unde
dicit Sapientie. xij. Quis
ſtabit p̄ iudiciū tuū. Quasi

diceret Nullus. Et hoc est
 qđ dicit Augustinus in e-
 pistola sua ad Volusianuz
 comitē p̄monendo ip̄m de
 eq̄tate iudicij dicens. Cū ve-
 nerit ille iustus iudex q̄ nul-
 lus p̄sonam accipit. qz nec
 impator. nec rex. nec ep̄s ip̄-
 sum auro corrumpere potest.
 Tūc stabūt omnes anime:
 vt referāt qđ fecerūt in cor-
 pore suo siue bonū siue ma-
 lum. Ibi astabit dyabolus
 recitās verba professionis
 quam fecisti in baptismo. z
 si vitam finisti in peccato
 moralī dicit dyabolus. O
 iuste iudex iudica istum es-
 se meum ob culpam quam
 fecit. quia noluit esse tuus
 p̄ gratiam. Ibi nullus effu-
 giet qn reddat rationem de
 operibus suis. Et ideo di-
 cit̄ Matthei. xxv. Veniet
 dñs z ponet rationem cum
 servis suis. qz de omni ver-
 bo ocioso reddet quis rati-
 onem in die iudicij. Hinc
 dicit Anselmus in suis me-
 ditationibz. O angustie e-
 runt vndiqz. qz ibi erūt pec-
 cata accusantia situs in cō-
 scientia. Desuper iudex tra-
 tus foris tot⁹ mūdus vr̄s

infra infernus horridū cha-
 os. peccator istis circumuo-
 lutus quovel quomodo fu-
 giet. quasi diceret nullo mo-
 do. Ibi nullus poterit ex-
 cusare. quia ibi erit denuda-
 tio omnīū peccatorz. z libri
 erunt aperti in quibus qui
 libet leget. p̄t̄ia peccata sua
 Unde Apostolus p̄ma ad
 Corinthios q̄rto. Veniet
 dominus z illuminabit ab-
 scondita tenebrarum. z ma-
 nifestabit consilia cordium
 De isto aduentu ad iudici-
 um loquitur beatus Hiero-
 nymus. Siue comedo si-
 ue bibo siue aliquid aliud
 facio. semper videtur sona-
 re in auribus meis illa vox
 terribilis. Surgite mortui
 venite ad iudicium. Istud
 iudicium est merito preca-
 uendum. quia veniet sub-
 ito cuz non speratur. Mat-
 thei. xxliij. Sicut fuit in di-
 ebus Noe. erant homines
 edentes z bibentes z nup-
 tu tradentes. z non cogno-
 uerunt donec diluuiū subi-
 to veniebat. Ita erit adue-
 tus filij hominis. Hinc
 cōsultat nobis Christus di-
 cens. Estote parati. qz qua

hora non putatis filius ho-
minis uenire. Nā neq; an-
geli neq; sancti in celo sciet
aduentū dei ad iudicium.
Unde xps in euangelio di-
cit De die illa z hora nemo
scit. Et cām reddit Augu-
stinus. viij. lt. de ciuitate dei
dicens. Sicut principium
mūdi fuit a solo deo cog-
nitum, ita z finis a solo deo ē
cognitus, vt homines semp
vigilēt in obseruatiōe man-
datoꝝ dei, z sint parati ad
iudicium, qz si scirent tunc
deputarēt prem vite sue ad
bñ viuendum, z partem ad
male viuendū, z ideo volu-
it a sensu hūano occultare
diem aduentus sui vt semp
essent parati. qz si sciret pa-
terfamilias q̄ hora suruen-
turus esset vigilaret vtiq; z
nō sineret pfodi domū suā.
Matth. xxiii. **W**
Nā discipuli xpi q̄slerūt a
xpo sedente in monte oliue
ti. Die nobis qñ hec erūt: z
quod signum aduentus tui:
z consummationis seculi.
Quib; xps respōdit. Sur-
get gens contra gentem: et
seducent multos dicentes:
Ego sum xps, z cum vide-

ritis hoc fieri scit ote, qz ppe
est regnū dei. Dicit Hiero. qz
ante destructiōem Hierlm
multi surrexerūt q̄ dicebāt
se esse xpm. Unde ante ad-
uentum xpi ad iudicium ve-
niet antixpus q̄ multos se-
ducat. Et vt dicit scūs Tho-
mas de veritatib; theolo-
gie. libro. viij. ca. viij. q̄tuoꝝ
modis armabit antixpus.
Primo callida p̄suasiōe z
miraculoꝝ operatiōe. Se-
cundo donorum largitiōe
Tercio tormentoꝝ exhibi-
tione. Quarto sicca adu-
latiōe. Per p̄mum scz calli-
dam p̄suasiōem p̄dica-
bit nouam legeꝝ esse pecca-
tum z falsiter esse reperta, z
sic legem xpi km suum pos-
se destruere z cassabit. Secū-
dus modus p̄uertēdi pplm
erit per falsa miracula. quia
per artem magicam faciet
multa miracula. Tercio de-
cipiet per munera. Ipe em̄
inueniet thesauros abscon-
ditos. Et sic dirabit mul-
tos qui propter auariciam
ad ipm conuertent. Quar-
to compellet pplm per mi-
nas quos aliter conuertere
non potest. Tanta em̄ erit

Anti Christy

1.
2.
3.
4.



tribulatio ante aduentū xp̄i
ad iudiciū q̄ in errore con-
vertent̄ seu inducent̄ si fie-
ri potest etiam electi, z ideo
aduentus est timendus, q̄a
dicitur in canonica Jude,
Ecce veniet dominus in san-
ctis millibus suis facere iu-
dicium contra omnes: z ar-
guere omēs implos de om-
nibus operibus impleta-
tis eorū. **A.** Sed ti-
mendū est q̄ multi istū ad-
uentū non timēt nec prou-
dent: q̄ sibi tempus huius
vite concessum a deo agen-
di penitentiam inaniter et
inutiliter consumūt dando
se ociositati z accidia q̄ est
causa luxurie z multorū ma-
lorum, **U.** dicit scriptura,
ij. Regū. xj. Quomodo Da-
uid cū se ocio dederat com-
misit adulterium z homici-
dium, Item Augustinus li-
bro. iij. de ciuitate dei dicit,
Q. ciuitas Romana quan-
do fuit dedita ocioz accidia
populus ciuitatis factus
fuit libidinofus z viciosus
U.nde dicit q̄ accidia est te-
diū boni sp̄ualis ex q̄ sequi-
tur q̄ nec in deo nec in diui-
nis laudibz homo delectat̄

Quando em̄ q̄s respuit bo-
num sp̄uale: z quietem car-
nalem appetit, **T.**ūc sine de-
uotione orat z legit, nec cu-
rat q̄ stercoz oles transeat
L.auendū igitur est pecca-
tum accidia, z virtuose ope-
randū est propter mercedē
promissam operantibz z la-
borantibz in vinea domini,
Q.uia vt dicit xp̄s Apoca-
lypsis. xxiij. Ecce venio cito
z merces mea mecum est, red-
dere vniciqz fm̄ opera sua
q̄d est contra illos q̄ retinet̄
mercedem laborantū z nō
soluūt, q̄d q̄dem pctm̄ cla-
mat v̄ndictam a deo, **X.**p̄s
em̄ non retinebit mercedē
malorū nec bonorū qz malis
z ociosis dabit penā etnāz
p̄ mercede, boīs p̄o z p̄tuo-
sis v̄tā etnā cū malis di-
cet, **I.**te maledicti in ignem
eternū, **I.**stud est p̄bū terri-
bile, qz tria mala patenti,
P.rimo pugnant̄ consortio
dei, **I.**deo dicit **I.**te, **S.**cōdo
habebūt maledictionēz dei,
ideo dicit maledicti, **T.**ertio
habebūt penā sensus infl-
nitā, z ideo dicit in igne eter-
nū, **B.**onīs p̄o z p̄tuoīs di-
cet, **V.**entite b̄ndicti patris

mei p̄cipite regnuz q̄d vob̄
paratū est ab origine mūdi
Matthēi, xxv. Isti q̄ habe
būt tria commoda. Pr̄mo habebūt d̄ivīnā p̄ntiaz
q̄d notat cū d̄ic̄ venite. Se
cūdo habebūt d̄ei b̄ndicti
onem, q̄d notat cū d̄icit b̄n
dicit. Et tertio habebūt vī
tā sempiternā sive intermi
nabile, z h̄ notat cū d̄r̄, p̄ci
p̄ite regnū. Ad q̄d nos per
ducatur zc.

Sermo, XII.

A **B**bulare

Charissimī, Docto
res d̄icūt q̄ vīa p̄n
cip̄ alīs p̄ quā ambulandū
est ̄suo celū ē vīa increata
q̄ est deus. Un̄ d̄ic̄, Ego sū
vīa p̄stas z vīta. Joh. xiiij.
Ipe ē vīa sine errore, p̄stas
sine fallitate, vīta sine mor
te. Per hāc vīā sc̄z x̄pm̄ d̄ei
filiū, z p̄ fide z iusticiā debe
mus ābulare, hāc vīā d̄est
derās sc̄re p̄pha d̄ic̄, Notā
fac mihi vīā in q̄ ambulem
Sz hāc vīā nō possum? co
gnoscere sine gr̄a sp̄ālī. Ideo
orandū est, A Prop
cessu ē breuiter aduertendū
q̄ ambulare debem? tr̄sp̄l̄r

Pr̄mo caute q̄ ad nosmetip̄
sos. Secūdo hōeste q̄ ad p̄l
mum. Et tertio d̄igne q̄ ad
d̄eū. Pr̄mo z p̄ncipalit̄ d̄i
co q̄ debem? cauteambu
lare q̄ ad nosmetip̄os, Cir
ca q̄d tria sunt notāda. Pr̄
mo q̄ viator cautus caueat
maloz p̄fortiū. Secūdo q̄ re
spiciat ad pedes q̄n̄ transt̄
in vīa stricta. Et tertio q̄ p̄
videat de cibarijs z vestimē
tis q̄ sunt sibi necessaria.

Pr̄mo d̄icit q̄ viator trāst̄
ens in vīa versus celū caue
re debet a consortio maloz
q̄ nitunt̄ ip̄m̄ frequenter a
bono p̄posito per verba ma
la z opera impedire. Dicūt
naturales q̄ serpens vitur
ista p̄udentia q̄n̄ audit vo
cem incantatoz volentium
ip̄m̄ capere propter venenū
habendū ad faciendū tyri
acam, serpens industria na
turali hoc p̄cognoscēs: ca
put suū inter sp̄ias sui cor
poris abscondit, z vnā au
rē apponit terre: z aliā cau
da sua obturat. Moralit̄
ter p̄ istos incantatores in
telligo p̄ctōres z victosos:
allicientes alios p̄ p̄ba lu
ruriosa z aliā opera mala z

Serpens

exempla ad diuersa peccata ad luxuriam homicidium et cupiditatem. Contra tales debemus habere prudentias serpentes scilicet obturare aures rationales. Unam aurem obturare debemus cum memoria mortis nostre. ne consentiamus eorum falsis blanditijs. et aliam aurem obturare debemus memoria passionis christi. et eorum blandicias debemus caute peruenire. sicut sapienter pro uerbo foris. Fili mi si te lactauerint peccatores ne accenses eis. Figura ad hoc habet Benesis. xxxij. Quia Jacob noluit ambulare cum fratre suo. quia scilicet ipsum esse malum et iratum contra se. et ideo prudenter declinauit societatem eius dicens. Noli domine mihi paruulos habere teneros et si ultra facere eos ambulare morerentur in via. In cuius signum dominus non apparuit Abrahæ quod in habitauit cum malis. et ideo fugit de chaldeam. quia homines terre illius erant idolatre ut habet Benesis. xij. Item habet Numeri. xvj. Quia dominus precepit filiis israel quod recederet a consortio malorum. scilicet Dathan et

Abyron dicentes. Recedite a tabernaculis impiorum. et nolite tangere ea quia ad eos pertinent ne mortamini in peccatis eorum. Isto modo fecit Thobias quia homines terre illius ibant ut adorarent vitulos aureos quos fecit Helio roboam: huius solus fugiebat consortio illorum Thobie. Sic Sarayxor Thobie filia regum fecit. quia ut habet Thobie. liij. dixit sic. Nunquam cum ludibus miscui me neque cum his qui in leuitate ambulant participem me probui. Consortio autem qui cupiunt ambulare uiam rectam versus celum. et non ponentes retardare oportet quod caute et prudenter ambulent fugiendo consortio malorum adulatorum. **B** Unde adulatorio fit tribus modis. Primo modo quia alius laudat alium de uirtute quam non habet. Secundo modo quia alius nesciens commendat illud quod habet. Tertio modo quia alius approbat malum quod habet et hoc est peccatum mortale. De talibus ad propositum loquitur Isaias. ca. v. dicens. Ue qui dicitis malum bonum et bonum malum. Adulatores dicunt quod

supbia est honestas Luxu-
ria est naturalis. Sula et ce-
brietas est bona societas.
De istis loquitur Iohannes
in Poly craticon dicens, Quod
Isti adulatorum qui principes et
dominos suos in vanitatibus
commendant, faciunt eos quod non
cognoscunt se ipsos. nec pro-
prios defectus. Et ideo imitari
tur ferocitate bestialium et tam-
sunt crudeliores bestiis. Et
ideo periculosum est habere
tales adultores in aliqua so-
cietate. Et committere in lu-
rulis et latronibus qui fre-
quenter ducunt socios suos
ad suspendium et confusionem.
Ideo dicit sapiens Prover-
biorum, ubi, Ne delecteris in
semitis impiorum nec tibi pla-
ceat malorum via. Unde ex ma-
la societate accidunt multa
mala. quod dicit Iudicum, ubi quod filii
Israel qui ambulaverunt
cum Amorreis et Jebuseis
ad bellum qui fuerunt mali et ido-
latre. Ideo dominus precepit eis
ut destruerent eos: et nullo
modo habitaret cum eis, ne in-
cideret in peccatum idolatrie
et quod ambulaverunt cum illis:
ideo destructi fuerunt et ma-
la morte perierunt. Item habe-

tur, i. Machabeorum, lx. Quod
Judas Machabeus am-
bulavit cum Romanis qui su-
erunt mali ad bellum. et quod Ju-
das cum eis habuit societatem
ideo in bello captus fuit: et
cecidit propter peccatum Romano-
rum qui fuerunt idolatre. Ex quo
bus sequitur quod societas ma-
lorum nocet bonis. et ideo me-
rito fugienda est. Et sic non
est periculosum ambulare cum
bonis sanctis et iustis, ut ha-
bet Mattheus, xxvi. quod quod dicit
Petrus erat cum sociis. id est
apostolus fuit satis firmus in se-
de, sed separatus ab eis nega-
vit christum. Item habet Actuum,
xxvii. Quod omnes qui erant in
navi cum beato Paulo adven-
tante tempestate erant salvati pro-
pter eius societatem. Ex quo
patet quod qui ambulant cum bo-
nis et virtuosis non peribunt.
Unde in Psalmista, Cum
sancto sanctus eris etc. Secundo
dico quod si caute et prudenter
volumus ambulare: oportet
respicere ad pedes nostros
et maxime cur ambulemus
per vias lubricas et tenebro-
sas. Unde dicit Augustinus
libro sermonum parte, i. sermo-
ne, lvi. quod ambulatio anime
m

est recta delectatio. q̄ p carnalia ambulat: fm carnem ambulat. Qui ergo voluerit ambulare prudēter oportet respicere ad suos pedes. Id est affectōes anime. qz si anima magis afficiat̄ z delectat̄ in diuitiis z voluptatibus in dño ambulat in vijs toruosis z lubricis. z tunc leniter cadet in penā eternā Hinc psult ap̄ls ad Ephesios. v. dicens. Videte z considerate quō caute ambuletis nō q̄si insipientes. s; vt sapientes. **L** **U**ā ille sapienter ambulat q̄ nō relinquit viā z figit pedes suos. id est affectōes in solida terra q̄ est amor deiz p̄ximū. Et ideo psult apostol⁹ ad Ephesios. v. Ambulate in dilectiōe sicut z xps dilexit nos. Uā tres sunt vię q̄ abducunt a tramite veritatis videlicet viā cupiditatis z auaricie. viā iniquitatis z immundicie. z viā gulastratis: z accidit. Primo dico q̄ viā cupiditatis z auaricie: abducit a tramite veritatis. **G**losa sup illud Luce. viij. Aliud cecidit iter sp̄ias zc. dicit q̄ diuitie dicunt̄ sp̄inci

qz pungūt mentē z faciunt in acq̄rendo laborem. In custodiēdo timorē. In amittēdo dolorē. Ideo dicit̄ Proverbior. v. Iter pigroz q̄ si sepes spinarum. Quantum fugiendum est a spina cupiditatis et diuitiarum: que ita fallaces sunt q̄ mētis inopiam non repellunt nec in maxima necessitate. puta in morte iuuant quouis mō. Et ideo fatuum est ambulare p̄ hanc viāz que ducit ad mortē qualis est viā auaricie que dicit̄ sp̄inosa. Unde spina auaricie triplexiter pūgit z tria mortifera vulnera infert. **P**rimo pūgit vsqz ad ossa per sollicitudinē acquirēdis. quia multociens sunt ossa satis fessa ambulando z eq̄tando p̄ temporalibus. q̄a multis periculis se exponūt. periculis latronū. periculis in mari. Multociens etiam p̄imos decipiūt. z t̄do dicere possunt illud Sapientie. v. Lassati sumus in viā iniquitatis z pditionis z ambulauimus vias difficiles. Refert Isidorus li. viij. Etymologiaz. q̄ antiqui

Mentū vig.

Mercuriū vnū planetarū
 depingebant ad similitudi-
 nē mercatoris habentis in
 ore linguā serpentīnā, indu-
 tūq; pēnis vsq; ad talos et
 sup caput eius ponebatur
 gallus. Mercurius dī q̄si
 medius aureus, et talis pōt
 esse homo cupidus q̄ ad cō-
 gregandū diuitias currit d̄
 foro ad forū. Per linguā ser-
 pentīnam intelligunt ver-
 ba deceptōnis et falsa iura-
 mēta et mēdacia: quib; cupi-
 dī mercatores vtunt ppter
 lucy. Per pennas quibus
 induit designatur q̄ volat
 de patria in patriam, de re-
 gno ad regnū ad decipien-
 dū pplm. Per gallum desi-
 gnāt q̄ volās de patria a-
 uarus seruat oēs vīgillas:
 sicut gallus, et intm sollici-
 tus est q̄ vix dormire pōt,
 sed in gallicantu se pcutit et
 resurgit. De q̄bus dī Job,
 vj. Inuolute sunt semite
 gressuū eoz, ambulabūt in
 uacuū et p̄būt. Uñ cupidī
talpe cōparant. Talpa em
q̄sdm morat in terra semp
fodit et diuersos tramites
sine vias facit ex omni par-
te sui, et tamen non fatis ca-

Talpa

pit d̄ terra p cibo suo. Do-
do constimill est de istis cu-
pīdis, q̄ q̄uis habuerit suf-
ficiēter de pecunijs et posses-
sionib; adhuc nesciunt rē-
tari, quia tunc illi sunt mag-
gis solliciti, et tunc diuitias
magis appetunt q̄ prius, et
magis indigētes se ostēdūt
q̄ paupes qui nihil habēt.
Isti non ambulant sapien-
ter, quia non incedunt dire-
cte sed p circuitū. Nam to-
to tempe vite sue circūeunt
circa temporalia, et maxime
in senectute. Tūc em cupi-
ditas inualescit quando ce-
tera peccata deficiunt. De
quib; loquit Psalmista dī-
cēs. In circuitu impij am-
bulant, et non p viam rectā
Dulci nunq; sciūt dīcere
sufficit nec inuenire finē. Isti
aut ambulat sicut ambu-
lant Satā q̄ dixit Job, j
Circūsul terrā et pambula-
uē eā. E Secūdo
vīa q̄ abducit a vīa verita-
tis quam debet homo pru-
dēs p̄cauere est vīa inuidie
et iniquitatis que est tenebro-
sa. Uñ inuidi sunt intantū
excecari cū malicia et vindī-
cta q̄ nesciunt ambulare in

via recta veritatē. Unde, s. Jobannis, ij. Qui odit fratrem suū in tenebris est et in tenebris ambulat, et nescit quo eat. Et, s. Jobannis, iij. Omnis q̄ odit fr̄es suū homicida est. Istā inuidiā habuerūt Phylisfel erga Sāsonē q̄ inuidebāt ei et p̄ eorū maliciā et inuidiā mulieris exoculatus fuit, vt habetur Judicū, xvj. Itē Babyloñij inuidebāt Danieli qm̄ habuit sp̄m̄ p̄phet̄ez ei mortē cōminabant. et tandem in lacū leonum missus est vbi ordinatōe diuina saluabāt habet Danielis, xij. Item p̄ illam viā ambulabāt fratres Joseph eo q̄ plus eis a patre amaret: et cogitauerūt eū occidere. Genesis, xxvii. sup̄ quo textu dicit doctor de Lyra. Q̄ Joseph accusauit fr̄es suos de crimine pessimo. Et crimen hoc vt dicit doctor de Lyra fuit inuidia superne gratie. et dicit Augustinus q̄ inuidia est detestatio aliene felicitatis et exultatio alterius rutine et aduersitatis. et ideo inuidus cuiusdā monti comparat q̄ dicit Etbna. De q̄

dicit auctor de naturis rerū q̄ semp̄ ardet et nulli nocet: nisi sibi ip̄i. Unde Poeta sic inq̄t metricē.

Nihil aliud a se valet ardens etbna cremare.

Sic se nō alios inuidus igne cremat.

Quia sp̄ igne malicie mundus seip̄m cremat cū videtur p̄t̄imos suos distari siue ad honores eleuari q̄uscūq̄se poterit vindicare, vt p̄ diffamationē. vel p̄ falsam suggestionē. p̄t̄imū destruere. Vñ Sapientie, ij. scribit. Inuidia dyabolū mors intravit in orbem terrarū. Et Gregorius inq̄t in moralibus. Cū inuidi augmenta audierint aliene prosperitatis incipiunt apud seip̄os anxius afflicti cordis sui peste mori. Hec ille. Et tñ qd̄ m̄z ē q̄cqd̄ p̄ inuidiā ad destructionē p̄t̄imi faciūt. dicit q̄ est p̄pter bonū cōmune euentur. Talis fuit ille Dionysius tyrannus de q̄ narrat Valerius, li. j. ca. iij. Q̄ ip̄e intrante templū idolorū videns ibi Iouem pallio indutū aureo abstulit il lud: et induit eum pallio la-

Mons
Etbna

Dion
Sins
Lira
ng.

neo. Scdo vidit esculaplū
 habentē barbā aureā z illā
 abstulit. Tertio vidit ibi v
 nam ymaginē coronā aure
 am inter suas manus pten
 sas tenentē. z illā silr spolia
 uist. Cūq; de hoc scelere a sa
 cerdote templi argueret, re
 spondit q; palliū Jouis fu
 it nimis pōderosum p esta
 te: z nimis frigidū pro hye
 me. Scdo excusauit se de
 ablatione barbe auree ab
 Esculapio filio Appollinis
 dicens q; indecens erat q;
 esset barbatus dūmodo pa
 ter eius nunq; habuit bar
 bam. Tertio excusauit se d
 ablatione corone auree di
 cens q; grateranter z libere il
 la ymago sibi obtulit illam
 coronā aureā z porrexit. Et
 ideo potuit illā iuste accipe
 re. Modo consimili est de
istis inuidis q; domos reli
giosoꝝ spoliāt z habēt oc
casiones z cautelas excusan
tes se z dicentes q; possessi
onati nimis habent in pos
sessionib; z ideo charitati
uum est illoꝝ bona auferre
Si sint religiosi mendicā
tes dicunt q; pctm est illis
subuenire cum sint optimi

edificatores pulchraz do
 moꝝ. Si sit inuenis merca
tor in ciuitate vel villa pul
chus z sapiēs z inceptit diu
tijs habūdare. Dicūt inui
diosi quō in tam breui tēpe
diues effici possit. n sst esset
latro vl fur. z statim machi
nabunt ad eius cōfusionez
discētes. Nos cognouim⁹
eius parentes q; fuerūt sim
plices z paupes. Iste tamē
habūdat diuitiis. Itē si fue
rit magnus cū rege vel epo
inuidi dicēt q; sit pditor vl
raptor pauperz. Tūc eijctēt
eū ab officio suo nisi dederit
q; qd habuerit. Tūc di
cent q; libere hoc eis obtu
lit qd non est vez. Unde d
istis inuidis dicit Sapiēs
Prouerbioꝝ. ij. Relinquit
ster rectū z ambulāt p vi
as tenebrosas.

Tercia via q; etiā ducit a re
cta via versus celū est via ac
cidie z gulositatis, ad quas
oportet prudēter inspicere.
Itaq; q; ambulāt in hac via
cito fatigant, qz omnia q; fu
erint ad diuinā laudē z sa
lutē animaz nimis tediosa
eis vident. Tales diligunt
lōga somnia, exultatōes p

licas, venatōes z ludos spectacula z vanitates. z breues missas z pdicatōes de testant. Quibz loquit Salomō Proverbior. ix. Relinqte infantia. i. opa infantū z venietez ambulate pvl as prudēte. Querit Aristoteles in pbleumatibz pbleumate. v. vtz homo magis laboret transeūdo continue via planam. qz quando transit planā. quādoqz qnqz montuosam. Et respōdet. Ille qui transit p̄tinue viam rectam z planā citius fatigat. sed ambulans modo viam mōtuosam. mō viam vallosam. aliqñ ascēdit aliqñ descēdit z mutat motum in tybijs z genibz. z ita non tam cito fatigatur. Et causam reddit qre ambulans via rectam citius fatigatur dicens q ambulans viam planam semp habet eundem motum in cruribz z in tybijs. s; ambulās mōtuosam viam mutat motuz z ideo membra ppter diuersitatē motū nō tm fatigatur sicut q habēt motū vni formē. sic est in spūali ābulatione bulus vite. vt si hō cō

tinue vacaret vlglijs z orōnibz z seinijs aliqñ ess; tediosum. Eodem mō si continue laboraret circa temporalia z nunq̄ quiesceret tederet hominem vite sue. Et ideo ne in vita nostra fatigaremur bonum est q aliqñ daremus nos deuotio nī z oratōi z ceteris actibz spūalibz. aliquando p̄o circa tēporalia occuparemur. Unde scribit Haymo de sancto Paulo apostolo qd̄ vnam partem temporis di et expēdebat in oratione. z aliam in pdicatione. z tertiam in labore manuum. et ideo quia fragilitas humana magis acciditatur circa spūalia qz circa t̄palia. Jdo habemus necessario orare cum Psalmista. Vias tuas domine demonstra mihi. Vultū em̄ p̄fortat ambulante cognoscere viam p quā ābulare debet. Et ideo qrit Aristoteles in probleumatibz parte. v. pbleumate xxv. quare ambulantes viam quā ignorant iudicāt z putant ipam esse longiores q̄ est. Et respondet dicens q̄ est ppter inexperienceam.

Nam homo vltā quā igno-
rat semper estimat longio-
rem q̄ est. quia mensuram
vle non est expertus. Et sic
fallit in iudicio z estimatio-
ne z citius fatigat. Simili
mō accidiosi z viciosi iudi-
cant z estimāt q̄ nullus po-
test p̄ vita ista p̄tuoſe vine-
re z cum deuotione deo mi-
nistrare. **Uñ** gulosus mira-
tur quō aliq̄s p̄t̄ vincere cū
abstinētia. **Lupidus** mirat̄
quō q̄s p̄t̄ p̄tēnere diu-
tias. z q̄libet viciosus esti-
mat quemlibet esse talem q̄
lis ip̄e est. **Uñ** **Chrysoſto-**
mus sup̄ **Matthēi** ope im-
p̄fecto. **Omella**. xxxiiij. **Ecce**
fornicator existimat nemi-
nem esse castū. z sic de alijs
Causa q̄re vltā reputat̄ dif-
ficillīs z laboriosa ē. q̄ pau-
ci sciūt eā vltā. z ideo in exp̄-
ti. s̄ si coḡscerēt q̄ leuis vltā
penitentie est z q̄ meritoria
non dubiū q̄n multi ābula-
rent p̄ eā. **Uñ** d̄ **Jeremie**
vi. **State** sup̄ vltas z vide-
te z interrogate de semitis
antiq̄s q̄ sit vltā bona. z am-
bulate in ea. z inuenietis re-
frigerium animabz vestris.
Tertio dixi q̄ si voluerim⁹

caute ambulare oportet p̄-
uidere de indumentis z ci-
barijs que sunt nobis ne-
cessaria. prudens nāq̄ via-
tor longā vltā transiēs p̄u-
det sibi indumenta contra
pluuias z tēpestates ne for-
te pereat in via. **Uñ** **Do-**
dos s̄ illi qui libet strus vltā re-
ctam versus celū oportet p̄-
uidere sibi indumēta virtu-
tum quibz anima regat̄ cō-
tra tempestates dyaboli ne
cadat in pct̄m. Nam si q̄s
iret ad nundinas z videret
multa venalia p̄ficua z ne-
cessaria z p̄uideret sibi d̄ il-
lis que nō valerēt fatu⁹ re-
putaret. **Uñ** **Do-**
dos consumit̄ dū sumus in hac vltā possu-
mus emere regnum celeste
q̄d in eternū durabit p̄ opa
charitatis. **S̄** illi q̄ in hac
vltā p̄udent sibi res tem-
porales honores quoq̄ et
diuitias quibz spoliant̄ in
morte fati sunt. Et ideo q̄
vult p̄dēter ābulare op̄-
tet q̄ faciat p̄dētias p̄ aia
sua. vt ip̄a induat virtutibz
Uñ consultat̄ apostolus ad
Romanos. xij. **Nolite** esse
p̄dētes ap̄ d̄ vosmetip̄os.
Nūllū malum p̄ malo red-

dentes, pudētes bona nō
 tantū corā deo sed etiā corā
 omnib; hominib;. Scōo
 pncipaliter dixi q; debem;
 honeste ambulare q; ad pri
 mū. **E** Circa qd
 notandū est q; ambulandū
 est honeste triplr. scz in via
 charitatis. in via eq̄tatis. z
 in via castitatis. Primo di
 co q; debemus honeste am
 bulare in via castitatis. Di
 cit em̄ doctor de Lyra sup
 eplā; Pauli ad Hebre. xij
 Q; via charitatis consistit
 in trib; ad primū scz in lar
 giendo. in consulendo. z in
 docēdo. Pro pmo q; vult
 ambulare honeste oportet
 primis indigētib; subueni
 re. Exemplū ad hoc habet
 Thobie. j. Quō fratrib; ca
 ptivis q; erāt ex genere suo
 omnia q; habere potuit di
 stribuit. Homines interfe
 ctos in via sepeliuit de no
 cte, nudos vestiuit. z plura
 alia opa charitatis faciebat
 p̄tinue q; in isto versu con
 tinentur.

Visito. cibo. potu. redi
 mo. colligo. condo.
 In hac via ābulavit abra
 ham q; paupes z pegrinos

in domū suā; in duxit z eis
 hospitū ministravit. z ideo
 meruit hospitari angelos
 dei. vt dicit Beness. xvlij.
 Consimile fecit Loth q; su
 lt cognatus Abrahe. z i do
 mo sua a iuuetute sua nutrit
 tus. vt habet Beness. xix.
 Item habet q; Raab mere
 trix in scriptura multū com
 mendat eo q; recepit hospis
 tes exploratores filioz Is
 rael q; aliter interfecti fuis
 sent ab habitatorib; terre il
 lus. vt habet Josue. ca. ij.
 Itē habet q; Symō coria
 rius recepit Petz z ceteros
 aplos xpi. Actū. x. Do
 do p̄simill nos debem; exē
 plo illoz q; recte an: bulave
 rūt versus celū implere opa
 misericordie. q; dicit apls
 ad Romanos. xij. Si p̄f
 cibo tuū frater tuus contri
 stat. tā nō fm charitatē am
 bulas. **H** Sed et
 menduz est q; multi magis
 ambulant p̄ via crudelitatis
 q; pietatis. cuiusmodi sunt
 oppressores paupes pupil
 loz z viduaz. Un̄ apparec
 mihi q; q̄ttuoz generib; ho
 minū maxie esset parcendū
 fm dicramē rōnis z cōpas

stons naturalis scz paup/
bus ppter inopla z impotē
tia z senibz ppter reuerēlaz
lustis ppter innocentiam: z
vidua ppter insufficientia.
Sed isti raptorez pessimi:
maxime contra tales aspi/
rant vt illos opprimāt, dicē
tes illud scripture. Sap. ij
Venite opprimamus pau/
perē q̄stū ad p̄mū z iustum,
q̄stū ad sc̄dm, z nō p̄camus
vidue q̄stū ad tertiiū, nec re/
uereamur canos multū tē/
poris q̄stū ad quartū. De q̄
bus etiā dicitur Job. xxij.
Subuerterūt paupez viā
z oppresserūt p̄ter mansue/
tos terre. Figura huius ha/
bet Exodi. j. Quō egyptij
oppresserūt filios Isrl: z in/
tantum illos p̄ diuersos la/
bores affluerūt q̄ vitā suā
amarissime duxerunt. Un/
de de talibz oppressoribz lo/
quit Ambrosius in. j. li. de
officijs in p̄sona xp̄i. Diu/
tem te feci. Qua de causa a/
llena potius q̄ tua rapis.
egestas em̄ nō te compellit
ideo em̄ te diuitre feci. vt ex/
cusationē nō haberes. Nō
te feci potentē vt opprime/
res paupes. s; vt eos defen

deres. Isti non cogitāt qd
dicet eis iudiciū durissimū
qz cōtra eos clamabūt mul/
ti. Quot em̄ bōa iniuste ab/
stulerūt, tot contra illos cla/
mabūt, q̄t lachryme, q̄t sus/
piria pupilloz. q̄si tot accu/
sabūt accusatores. Et ideo
dicit Ecclesiasticus. xxxv. Nō/
ne lachryme vidue ad ma/
xillam descendunt, z excla/
matio eaz sup̄ deducentes
eas. A maxilla em̄ ascēdūt
vsqz ad celū, z dñs exaud/
tor nō delectabit in illis scz
oppressoribz. Isti nō ambu/
lant viā rectā versus celuz:
qz faciunt opera tenebray.
Hinc psult nobis aposto/
lus ad Romāos. xij. Abij/
ciamus opa tenebray z in/
duamur arma luc̄: sic vt in/
die honeste ambulemus.

I Scōo q̄vult hone/
ste ambulare in viā charita/
tis oportet psolari desola/
tos. Exemplū habetur Ju/
ditib. xij. q̄ cū amputauit ca/
put Holozentis trāsiiuit ad
filios Israhel q̄ erant in ma/
gna desolatiōe. z psortauit
eos dicens: Laudate dñm
deū nostrū q̄ nō deseruit spe/
rantes in sezc, Item habet

Exodi, xiiij. quomodo Moy-
ses consolabatur populū Is-
rael dicens, Nolite timere
State et videte magnalia
dñi q̄ facturus ē hodie. Do-
minus pugnabit p̄ vobis:
z vos tacebitis. Itē habet
Genesis, xiiij. q̄ cū Abraaz
audisset q̄ captus fuit loth
cū tota substantia sua sta-
tim consolatus est eū: z p̄se-
curus est inimicos eius: ip-
sumq̄ reduxit z omnē sub-
stantiā eius. Itē habet Ju-
dicū, viij. Q̄ cū Bedeon p̄-
secutus fuisset p̄ncipē Wa-
dian viri sui pre lassitudine
non poterant ulterius am-
bulare. statim Bedeon ha-
buit compassionē de illis z
petijt panes p̄ illis licet nō
obtinuit. Hodo consimi-
li debem⁹ nos p̄mis no-
stris existentibus in tribula-
tionibus z angustijs subue-
nire z illos confortare. z il-
lud ē opus misericordie spl-
ritualis. Vñ Poeta sic in-
d̄t connumerādo septē opa
misericordie sp̄ualis.
Consule. castiga. solare. re-
mitte. ser. ora.
Et ideo p̄sult Sapiēs Ec-
clesiasticus, vij. Nō desis plo-

rantibus in p̄solatōe. z cū lu-
gentibus ambula. Tertio q̄
vult ambulare in via chari-
tatis oportet docere isran-
tes. Exemplū huius habet
ij. Paralipso, xvij. de Josa-
phat rege q̄ ambulavit in
via charitatis qm̄ ordiavit
sacerdotes z sapiētes ad do-
cendū fillos Israel p̄cepta
z ceremonias. Itē. j. Da-
chabeoz. ij. habet q̄ Da-
thathias p̄sultit filijs suis
vt starēt z pugnarēt vsq̄ ad
mortē p̄ lege dei sui dicens
Cōfortamini z virilitate agite
qz cum feceritis ista q̄ p̄eci-
pto vobis gloriosus eritis in
conspectu totius ppli. Ho-
do consimili debemus con-
sulere z docere pplm̄ p̄ viam
charitatis ad bene z virtu-
ose viuendum iuxta consi-
liū sapientis. Prouerbioz.
iiij. Vñ sapientie monstra-
bo tibi. z ducā te p̄ semitas
equitatis. R Sed
cōmendū est q̄ multi nolūt
trāsire p̄ viā rectā p̄siliū bo-
ni. q̄lis fuit Ababel cui con-
sulitū fuit ab Abner ne p̄se-
q̄ret eū dicens. Recede z no-
li me seq̄. ne forte compellar
p̄fodere te in terrā. Qui au-

dire ptempfit. z ido gladio suo trāffodit ipm. vt habet ij. Regū. ij. Item habet. iij. Regū. xij. de Roboā q̄ noluit acq̄scere p̄ sillo senioꝝ sed adhesit consilio iuuenū z ideo depositus fuit a regno suo. Tales sunt multi qui nolūt regulari consilio sapientum. z ideo in diuersa vicia plabunt. De quibz potest dici illō Baruth. iij. **U**iam sapientie nescierūt: neq̄ cōmemorati sunt semitas eius s̄ abulauerūt post peccā sua. Ex quibz patet q̄ ambulās p̄ viā charitatis debet docere ignorantes z specialiter opera misericordie docebūt que in p̄ximos suos exerceri debēt. q̄ opera docent p̄ legē nature prout declarat Bonauentura sup̄ q̄rtū Sentētiaz sic dicens. Homo est animal rationale z mortale. z inq̄tuz est animal indiget cibo potu hospitio z indumento. inq̄tum est rationale nollet cōstringi in carcere nec infirmitate z indiget visitatione z consolatione inq̄tum est mortale indiget sepultura. Et ideo omia ista debet q̄s

exhibere p̄ximo suo. z tunc ambulat in via recta charitatis. **S**ecundo dico q̄ debemus abulare honeste in via iusticie et eq̄tatis. In hac via abulauit David. vt habet. ij. Regū. xxx. q̄ in diuisione spoliatorū tm̄ dedit z eq̄liter diuisit illis qui pugnauerunt in bello. z illis q̄ remāserūt ad sarcinas. **S**arcine vocantur victualia q̄ ordinant p̄ bellatoribz. Et factum est hoc ex die illa z deiceps cōstitutum z p̄sintū. z quasi lex in Israhel. Itē in hac via ambulauit Thobias. vt habet Thobie. ij. In cuius signū illius vxor semel induxit vnā ouē cuius vocē balātis Thobias audiuit q̄ erat cecus z dixit vxori sue **U**ide ne furtiua sit s̄ eam redde dño suo. q̄ non licet comedere aliqd̄ furti. z ido de eo pōt dici illō psal. misse. lxxxij. Iusticia ante eū abulabit. z ponet in via gressus suos. In hac via abulauit q̄dā rex noie Paulinus. de q̄ narrat **V**are Paulus in libro suo de moribz orientalium. ca. ij. **I**ste

Sarcine

Rex Paulinus.

rex fuit potētissimus inter omnes reges orietales et iusticiā diligebat. **U**n in toto regno suo tāta fuit iusticia q̄ nullus aliū offenderet sepe statōes artificū fuerūt dimisse apte: nec erat q̄ p̄sumebat illis damnū inferre. Mercatores etiā die ac nocte p̄ totū regnū secure ambulauerūt, et hoc fuit: q̄ iusticiā r̄gois iuris seruabat sine fauore. **S**z timēdus est q̄ multū ab hac via deuiāt: cuiusmodi sunt latrones et falsi iudices. **U**nde narrat Helynādus li. j. ca. v. et Valerius li. vj. quō q̄dam impator noīe Lābyles ordinauit q̄ sedes iudicialia esset coop̄ta pelle patris sedentis ad iudicandū pplm, vt vidēdo pellē pater nam cogitaret de eq̄tate iudiciū. et scripsit hos psus.

Sede sedens ista: iudex inflexibilis ista.

A manibz munus reijce ab aure p̄ces.

Sit tibi lucerna lux lex pellisqz paterna.

Qua residet natus: p̄ patre iure datus.

Un omēs illi falsi iudices

p̄nt dicere illud Sapie. v. Errauimus a via p̄statōis: et lumē iusticie nō luxit nobis.

Tertio debemus ambulare honeste in via mūdicie et castitatis. In hac autē via ambulauit nobil' vidua Iudith: que post viū suū alterz non accepit. et ideo b̄ndicta fuit a dño eo q̄ castitate adamauit. Iudith. xv. In hac via ambulare debēt oēs ministri eccle. In cuius signuz Dauid p̄cepit leuitis et sacerdotibz atqz Sadoch et Abiathar q̄ portarēt archā dñi q̄ sanctificarent et mūdarent a pctis suis, vt habet. j. Paralip. xv. Et ideo dicit in Psalmo. Ambulās in via immaculata hīc mibi ministrabit. Istud fuit b̄n figuratū Thobie. v. p̄ agelum quē vidit Thobias q̄ si iuuenē candidū stantēz et p̄cinctū et patū ad ambulandum. Per istū iuuenē intelligo ministrū altaris q̄ debet esse splēdidus honestate, p̄cinctus charitate, et paratus voluntate ad implendum legē diuināz. Et ideo dicit Psalmista, Beati im-

maculati in via q̄ ambulāt
in lege dñi zc. Sed timent
dū est q̄ multi deuiāt a via
castratis, hi scilicet q̄ rec
piūt in anima immundas
cogitationes z luxuriosas.
Dicit auctor q̄dam de p̄le
tatibus rerum. Ut carbo-
nem non omnino mortifi-
catum candele extincte p̄
cias cum sulphure, statim cā
dela reaccendet. Hodo cō
simili est de fomite facto in
carne que non potest in or
tificari in hac vita, cui si p̄
ciantur cogitationes im
munde in corde statim ac
cenditur caro ad luxuriam
Forte dicitur q̄ nullus po
test vitare quin habeat co
gitatōes immūdas. Respō
det Gregorius. ca. xx. Do
raliū dicens q̄ non culpa
homo. qz veniūt cogitatio
nes immūde in corde, s̄ q̄
morant. Exemplū. Saba-
beas arborē in orto tuo, nō
potes vitare q̄n aliq̄n sede
at cornus sup illā, sed si vo
lueris poteris p̄hibere ne
sibi nidificet. Et ideo dicit p̄
pheta Isaias. c. lv. Dereli
quat impius viā suā, z vir
iniquus cogitatōes suas.

Tertio p̄ncipaliter dicit qd
debemus ambulare digne
quo ad deū. Et hoc p̄ tripli
cem viā. A Pr
mo p̄ viā doloris z p̄trito
nis. Debet em̄ homo d̄ pec
cato p̄fiteri. qz filij Isrl nō
potuerūt intrare terram p̄
missionis: nisi p̄us ambu
larēt p̄ mare rubrū. vt habe
tur Exodi. xiiij. Sp̄ualiter
p̄ mare qd̄ omnia corpa moz
tuoz p̄icit a se intelligo cō
tritionē q̄ p̄icit omnes sor
des pctōz z nihil amāz re
tinet in se est pura. qz nihil
tempale sapit. Per hāc cō
tritionē oportet penitentes
ambulare. Et rūt pōt dice
re illd̄ Ecclesiastici. xxiiij. In
fluctibus maris ambulauit. z
in omni terra facti. H̄ est om
nes circūstātas pctōz col
legi in memoriā p̄ illis sicut
z dolui. sic fecit Achab. vt
habet. iij. Regū. xij. q̄a cū
defraudauit Naboth d̄ vi
nea sua z occidit eū. Ido p̄
pheta Helyas nūciauit il
li q̄ in eodē cāpo in quo ca
nes comederūt carnes Na
both in eodē loco comede
rūt carnes suas. Quo audt
to Achab p̄tritus erat z fle

Nota bñ

uit z veniã meruit. In hac
 via abulauit Danasses q̄
 effudit sanguinẽ p̄betaruz
 in ciuitate Hierlm. quẽ de-
 us tradidit in man⁹ inimic⁹
 cor⁹ suoz. z restitutus erat
 ad regnũ. vt habet. ij. Pa-
 ralspo. xxxij. dic̄ auctor de
 naturis rex. q̄ est q̄dã auis
 que vocat̄ auis padisi q̄ sic
 vocat̄ p̄pter pulchritudinez
 pennaz. cuius q̄dem vox ẽ
 tam dulcis q̄ excitat homi-
 nem ad deuotionem. que si
 laqueo capta fuerit irreme-
 dlabiliter plangit. nec vnq̄
 desinit donec restituta fue-
 rit libertati sue. **W**ora-
 liter p̄ auem hanc intelligit̄
 anima humana. Que si la-
 queo dyaboli capta fuerit.
 quid est tũc faciendum. Re-
 nera nihil aliud nisi plãge-
 re z flere sua peccata donec
 restituta fuerit ad gratiam.
Sic plangit latro in cruce
 dicens. **V**emento mei do-
 mine cũ ueneris in regnum
 tuum. Cui x̄ps respondit.
 Hodie mecũ eris in padis-
 so. **L**uce. xxij. **I**sto mō plã-
 xit Ezechias quando dis-
 crum fuit illi. **D**ispone do-
 miui tue zc. **I**saie. xxxvij.

*Anis
 paradisi
 si*

Non habuit heredem tũc
 fleuit nõ timore mortis. sed
 propter defectum prolis tĩ
 mens q̄ propter peccatum
 suum x̄pus de semine eius
 non descendisset. z ideo ip̄o
 orãte addit̄ sunt vite sue an-
 ni q̄ndeci. z tũc genuit **D**a-
